









AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO

EST<sup>a</sup> 8

TAB<sup>a</sup> I

N.º 3 (1-10)

Mod. 78/80

EPISTOL  
EPISCOPI  
CARTHAGINENSIS

Una cum Capitulo suo

*Ad Sanctissimum Dominum Nostrum*

CLEMENTEM

Divinae Providentia Universalis Ecclesiae

PAPAM XI.

De hac materia Synodus Antiqua imposita, quae Concilio  
non habetur, et adhaerens, quia nullus ipsius praecedat  
synodus, videtur, & Apostolica Decretis à Romanis  
Pontificibus edita circa fides, & mores, quae ad Ec-  
clesiam Universalem studiendam pertinent, sub-  
ilo praecedente examine esse omnino acce-  
ptanda demonstratur.



ROME MDCXVII. Typis Jo. Francisci Ciurci  
prope S. Marcum in via Curia.

AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO







*S.º Fulgencio*

AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO


EST.º 8

TAB.ª I

N.º 3 (5)

1722







5

12-C-22 (12)  
Iguales en titulo  
dist. en otras cosas

SACRA  
CONGREGATIONE  
S. I. T. V. M.  
S. R. M. D. Cardinali

BARBERINO  
P. O. N. T. I. N. I.  
8-I-3. (5)

Hispaniarum, sive Cartagenen.

Directionis, & approbationis Officij proprii

S. FV LGENTII  
EPISCOPI CARTAGINEN.

Et eadem Diocesis Principij Facultatis, et  
DOCTORIS,

sub eius auctoritate pro universa Hispania.

EX P O N V N T V R

Ab Eminentissimo, et Reuerendissimo Domino

L V D O V I C O  
CARDINALI BELLVGA

Episcopo Cartagenensi

Causam Ecclesie sue promovente, fundantem, quibus iuris peritis  
approbationis, et extensionis dicti Officij proprii eius pontificis

DOCTORIS, et facis Animadversionibus  
R. P. D. Fidei Promotoris.

ROMAE, Typis Reuerende Camerae Apostolicae MDCCXXII.

Superiorum permisso.







SACRAM  
CONGREGATIONE  
RITVVM

*Emo, & Rmo D. Cardinali*

BARBERINO  
PONENTE

*Hispaniarum, siue Cartagenen.*

Concessions, & approbationis Officij proprij

S. FVLGENTII  
EPISCOPI CARTAGINEN.

Et eiusdem Diocesis Primarij Patroni, cum qualitate  
DOCTORIS,

*Sub ritu duplici pro vniversa Hispania.*

EXPONENTVR

*Ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino*

LVDOVICO  
CARDINALI BELLVGA

Episcopo Carthaginensi,

*Causam Ecclesie sue promouente, fundamenta, quibus nititur petitio  
approbationis, & extensionis dicti Officij proprij cum qualitate*

*DOCTORIS, & satisfit Animaduersionibus*

*R. P. D. Fidei Promotoris.*

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ MDCCXXII.

---

*Superiorum permissu.*



SACRA  
CONGREGATIONE

RITVM

Enno, & Rno D. Cardinali

BARBERINO

ROMANE

Hispaniarum, sine Cartagine.

Concessionis & approbationis Officij proprii

S. FELICITII

EPISCOPI CARTAGINEN.

Eccliam Diocesis Primarij Patroni, cum qualitate  
DOCTORIS,

Sub nro duplici pro vniuersa Hispania.

EXPONITVR

Ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino

LVDOLICO

CARDINALI BELLVGA

Episcopo Cartaginensi.

Causam Ecclesie sue promouens, fundamenta, quibus iuris ratio  
approbationis, & extensionis dicti Officij proprii cum qualitate

DOCTORIS, & sacris Ammissionibus

R. P. D. Fidei Promotoris.

ROME, Typis Reuerende Camere Apostolicæ MDCCXXII.

Superiorum permissu.



# HISPANIARUM

S I V E

# CARTHAGINENSIS

Concessionis, Approbationis,  
& extensionis

## OFFICII PROPRII

Ad Regnum Hispanum Sancti FVLGENTII  
Episcopi Carthaginensis.

*Eminentissimi Domini.*

**I**nter illustres Hispaniarum Vrbes celeberrima fuit semper Carthago noua, quæ & Spartaria olim nuncupabatur in Regno Murcia. Hæc inter tot, quæ illam illustrarunt, & illustrent, illud præcipuum habet, quod Sancto Isidoro, eiusque fratribus Sanctis Leandro, & Fulgentio Episcopis, ac Sorori Sanctæ Florentinæ patria fuit. Vt sunt verba Papebrochij, (1) qui nobilitate tanta claruerunt, quod, vt Alphonsus de Carthagenæ celebris de Regibus Hispaniæ Scriptor, ait (2) *Leouigildus habuit Vxorem Theodosiam filiam Seueriani, qui erat Dux Prouinciæ Carthaginensis, filius Regis Theodorici; qui Seuerianus ex Vxore nomine Theodora (legendum Turtura), quæ ex genere Regum descendebat, genuit inclytos filios, & filias, inter hos quidem Leandrum, & Isidorum, qui fuerunt Archiepiscopi Hispalenses, vnus post alium, & Fulgentium Astigitanum Episcopum, & duas filias Florentiam virginem Abbatissam, & Theodosiam Reginam, quam diximus Vxorem Leouigildi, ex qua Leouigildus genuit duos filios; Hermenegildum, qui fuit Martyr, & Recaredum, qui fuit Rex, vt statim dicetur.* In quo omnes Historici Hispani concordant, (3) quos inter Nicolaus Antonius, qui ait; (4) *Fulgentius Leandri, Isidori, Theodoræ Reginæ Gothorum, & Florentinæ Sacræ Deo virginis frater, Seueriani Carthaginensis Prouinciæ Ducis ex Turtura, scû Turturæ filius, de quorum stirpe satis multa in Leandri mentione dicta sunt.*

**H**i gloriosissimi Heroes, sanctitate morum, ac doctrina conspicui, veluti super candelabrum ardentissimæ, & fulgentissimæ faces emicuerunt; Isidorus nempe Hispalensis, Fulgentius eius germanus frater Astigitanæ Pontifices &c., vt de Sancto Fulgentio agens scribit prælaudatus Nicolaus Antonius, (5) Quos Diuina prouidentia ea tempestate Hispaniæ destinauit, & ad Pontificatum euexit,

A

vt

Martianus Siculus  
lib. 2. cap. 2. p. 11.  
Iulianus Africanus  
lib. 2. cap. 2. p. 11.

(1)

Papebrochius in  
vita S. Isidori die 4.  
Aprilis initio §. 1.  
num. 1.

(2)

Alphonsus de Carthagenæ Archiepiscopus Burgenfis de Reg. Hispan. Auz cephal. cap. 26. Ex-  
trat in Hispania illu-  
strata to. 1. pag. 260.

(3)

Rodericus Sanctius  
hist. Hisp. p. 2. c. 19.  
Rodericus Toletanus  
de reb. Hisp. l. 2. c. 14  
Ioan. Mariana hist.  
Hisp. l. 5. c. 11. initio  
Lucas Tudensis  
Chron. Gothorum ad  
annum 606.

Ioan. Vassæus in  
Chron. ad ann. 567.  
Franc. Tarafa de  
Reg. Hisp. ann. 558.

(4)

D. Nicolaus Anto-  
nius in Bibliotheca  
veteri Hispana l. 5.  
cap. 1. de S. Fulgentio  
agens n. 2. pag. 232.

(5)

Idem ibidem nu. 1.





(6)  
Marinæus Sículus  
lib. 5. Extat in Hi-  
spania illustrata to. 1  
pag. 335.

vt densissima hæresis Ariana, qua obtenebrabatur caligo, tot lu-  
minum fulgore dissiparetur, vt de S. Fulgentio loquens Mari-  
næus Sículus tradit; (6) *Fulgentius Astigitano Episcopatu, deinde  
Cartaginensi præfuit, qui cum Ariana hæresis Christianos à Dei  
Cultu conaretur abducere, concionibus suis, & miris operibus  
Arianos omnes fortiter oppressit, & Christianos, qui à fide Christi  
non nihil erant alienati, summa prudentia, & exemplis ad pristi-  
num Dei Cultum reduxit. Fuit autem vir eruditissimus &c.*

3 His ergo gloriosissimis Sanctis licet vniuersa Hispania æquè debi-  
trix sit, cum æquè, insigni qua pollebant doctrina, scriptis, exem-  
plo, sermonibus, & repetitis Nationalibus, ac Prouincialibus  
Concilijs, adhuc & magna, qua in Regno pollebant auctoritate,  
laborauerint pro hæresi Ariana ab ea eliminanda, & penitus ex-  
tinguenda, & Fide Catholica ad pristinum suum statum resti-  
tuenda; præcipuè tamen illis obligata dignoscitur Ciuitas Car-  
thaginensis; quæ sicut prima fuit, quæ felici S. Iacobi Apostoli  
discipulorum prædicatione gaudere meruit, Sanctumque Basi-  
lium ex discipulis primum fundatorem illius Ecclesiæ, ac Epi-  
scopum habere, (7) ita, & meruit haud solum, quod ex ea or-  
tum suum hæ fulgentissimæ faces habuerint, quæ totum Hispa-  
num Emisphærium irradiarent, tenebrosas Arianismi umbras,  
caliginososque Acephalorum errores dissiparent, ac totum Re-  
gnum illuminando, Fidem Catholicam, quam à Beato Apostolo,  
eiusque discipulis receperat, restituerent; sed, & quod Bea-  
tus Fulgentius Sedem illam Episcopalem occuparet, totamque  
illam Diocesim mirificè instrueret, & erudiret; & quod reliquijs  
suis etiam honor, & protegat, & defendat. Qua propter to-  
ta eum Diæcesis, vt Primarium Patronum semper ab immemora-  
bili tempore habuit, & habet, ac cum officio Doctoris sub ritu du-  
plici primæ classis, cum Octaua eius diem festum celebrauit,  
sicut, & hodie celebrat, veneratur, & colit, Senatu, & vniuerso  
populo confluente.

4 Cum ergo ob debitum, quo omnes Hispaniarum Ecclesiæ adstrin-  
guntur ad promouendum cultum horum Sanctorum, & ob illud  
speciale, quo Ecclesiæ Hispalensis adstringebatur Sanctis Lean-  
dro, & Isidoro vti eius Episcopis ex benignitate Sanctæ Sedis  
meruerunt, vt instante Rege Catholico, ac eadem Hispalensi Ec-  
clesia, & multis alijs ex Hispanis, officium Doctoris, quo Sanctus  
Isidorus sub ritu primæ classis cum Octaua in dicta Ecclesia, &  
Diocesi colebatur, ad vniuersam Hispaniam, ( quæ sub ritu tan-  
tum duplici eum colebat ), sub ritu secundæ classis extendere-  
tur, & sub ritu duplici minori ad vniuersalem adhuc extendere-  
tur Ecclesiam; Et officium etiam Doctoris, quo prælaudata  
Hispalensis Ecclesia sub ritu duplici secundæ classis Sanctum  
Leandrum similiter colebat, ad Hispaniam totam sub ritu dupli-  
ci minori etiam extenderetur; ita pariter Cardinalis Belluga Epi-  
sco-

(1) Paphochius in  
vita S. Iacobi (7)  
Bianus ad Marti-  
num ad annum 377  
(2) Alphonsus de Car-  
thaginis Archiep-  
scopus Barchin-  
ensis Regis Hispa-  
niæ cap. 2. p. 17.  
et in Hispania illu-  
strata to. 1. pag. 335.  
(3) Robertus Sanchius  
Hist. Hisp. p. 2. c. 12.  
Robertus Sanchius  
de Rebus Hisp. l. 2. c. 14.  
Joan. Marianus Hist.  
Hisp. l. 2. c. 1. in fine  
Lucas Tudentis  
Chron. Gothorum ad  
annum 606.  
Joan. Valerius in  
Chron. ad ann. 567.  
Franc. Tassis de  
Reg. Hisp. ann. 1528.  
(4) D. Nicolaus Anco-  
nius in Bibliothecæ  
vatic. Hispan. l. 2.  
cap. 1. de S. Fulgentio  
regens. c. 1. pag. 335.  
(5) Idem Sanchius in l.







*Leandri, Isidori, & S. Florentinae natum fuisse in Ciuitate Carthaginiensi.* Prò quo impugnando se remittit ad Nicolaum Antonium in sua Bibliotheca veteri Hispana, quatenus de eo non nihil dubitare videtur, dum dicit: (1) *Ne tamen Hispalensis meae Urbis gloria incuriosus audiam, estne unde sibi hunc ciuem Hispalenses arrogent? Maximus quidem fragmenti nostri haec habet ad annum 554. Fulgentius Hispali nascitur. Vulgaris autem haec ad annum 559. Fulgentius nascitur Hispali patre exule in ea Vrbe, excisa Carthagine. Nec abludit à vero &c.*; Et cum nonnullas coniecturas ad id confirmandum adiiciat, leuiter tamen, tamquam qui curiositatis causa (vt ipse ait) hoc disquirat, tandem sic concludit: *Infirma tamen omnia haec sunt, quae non solida auctoritatis basi nituntur.*

8 Nec aliter concludere poterat, quandoquidem ibidem num. 3. attulerat verba Sancti Leandri, desumpta ex eius regula ad virginem Florentinam Sororem suam data pro institutione Virginum, quas sub se habebat (de qua regula Sanctus Isidorus mentionem facit, inquiring: (2) *Præterea edidit vnum ad Florentinam Sororem de institutione Virginum, & contemptu mundi libellum, titulorum distinctionibus prænotatum.*) Ex quibus verbis euidentissime constat, Fulgentium, exulem Carthagine, vnà cum Leandro, Florentina, & Parentibus eius fuisse, Patriamque destruetam: & consequenter antè exilium Fulgentium natum iam fuisse. Quo disertissime excluditur, quòd post exilium Hispali, aut alibi nasci potuisset. Afferam verba non truncata, sed integra, vt sunt in dicta regula vbi de vtriusque matre differens, sic, Florentinam admonendo, alloquitur: (3) *Fateor communem matrem sæpè alloquutum, nosse cupiens, si vellet reuerti ad patriam (quando sedatus iam fuisset ab Arianis timor) illa autem cum magnis dicebat stotibus: Peregrinatio me Deum fecit agnoscere, peregrina moriar, & ibi sepulchrum habeam, vbi Dei cognitionem accepi. Teste Iesu hoc in eius experijisse desiderijs memor sum, vt etiam si diu viueret, patriam illam non reuideret. Tu quæso caue Soror Florentina, quod mater timuit, & malum, quod illa experta fugit, tu prudenter euita. Miserum me doleo, qui ibidem communem fratrem transmisi Fulgentium, cuius periculi iugi formidine pertimesco. Tutior tamen erit, si tu securior, & absens pro illo oraueris.*

9 Ex quo patet euidentissime Fulgentium exulem etiam fuisse, & consequenter ante exilium iam natum: quod & testantur eius vitæ Scriptores, & Hispani Historici. (4) Et ipse Nicolaus Antonius licet tepidè id ipsum (vt videre est num. 5.) fatetur. Vndè nihil ex eo colligitur, quod opponi natiuitati Fulgentij in Ciuitate Carthaginiensi possit.

10 Nec quidquam obstaret, licet præfatus Auctor amore patrio ductus, ortum Fulgentij Hispali etiam indubitanter tribueret; quan-

(1)  
D. Nicolaus Antonius in Bibliotheca veteri Hispana to. 1. lib. 5 cap. 1. num. 11

(2)  
S. Isidorus de viris illustribus cap. 41. extat in eius operibus pag. 357.

(3)  
Regula S. Leandri ad Sororem suam Florentinam virginem, cap. ultimo. Extat in Codice regularum Benedicti Anniensis, p. 3. à pag. 152.

(4)  
Quintanadueñas in eius vita apud Bollandum die 14. Ianuarij capite 1. fol. 972.  
Julianus Perez in Chronico cum eiusdem aduersarij num. 562. pag. 130.



quandoquidem præter allatam Leandri auctoritatem, quæ sola sufficeret ad hoc excogitatum elidendum, sunt alia argumenta id ipsum demonstrantia. Nam cum de S. Isidoro Sanctus Braulio Fulgentio contemporaneus Carthagine natum fuisse scribat, dum ait: (5) *Isidorus vir egregius natione Carthaginensis, à patre Seueriano nobilissimo eiusdem patriæ Duce genitus, Hispalensis Ecclesiæ Archipræsul Sanctissimus, Episcopis, & Confessoribus Leandro, & Fulgentio, ac Sanctissimæ Florentinæ Virgini, Præpositæ Virginum, exiit Germanus.* Et aliundè ex omnibus historijs constet S. Isidorum natum minorem Leandro, Fulgentio, & Florentina fuisse, vt infra ex S. Leandro videbimus, & videre etiam est apud Bollandum, & omnes vitæ horum Sanctorum Scriptores, (6) à fortiori Fulgentius Carthagine iam natus fuerat, quando tota familia relegata fuit. Quandoquidem Seuerianus, qui vt ipsemet Nicolaus Antonius num. 11. testatur, *Hispalim designatum exilij locum habuit*, numquam reuersus est ad patriam, vt ibi post exilium Fulgentius nasci potuisset, cum in eadem obiisset Ciuitate anno 598. vt ait Maximus illius temporis Scriptor, (7) *Seuerianus Hispali moritur.* Et Ciuitas Carthaginensis in tali statu eius expulsionem remanserat, vt minime posset ad illam reuerti.

11 Quandoquidem in eius exilio, quod accidit occasione belli moti ab Hermenegildo contra Patrem suum Leouigildum, ratione fidei tuendæ, à qua cum auertere prætendebat, quem Seuerianus Avus eius, vnâquè cum illo Ciuitas Carthaginensis sequebatur, (8) adeò deuastata remansit, vt idem Leander in eodem capite Sorori suæ dicat: *Ego tamen expertus loquor, sic perdidisse statum, & speciem illam patriam, vt nec liber quisquam in ea supersit, nec terra ipsa solita sit ubertate fecunda: et non sine Dei iudicio. Terra enim, cui Ciues erepti sunt, & concessi extraneo, mox vt dignitatem perdidit, caruit et fecunditate.* Si ergò ita remansit Ciuitas Carthaginensis, vt nec ad eam Seuerianus Dominus eius reuerti potuisset, quomodo saluari poterat Isidorum Carthagine fuisse natum, vt ait S. Braulius, nisi ante exilium, & deuastationem ita accidisset?

12 Quod amplius roboratur, & ad euidenciam ex ipso S. Leandro ostenditur, qui eodem cap. vltimo suæ regulæ sic Florentinam alloquitur: *Postremo carissimam te germanam quaeso, vt mei orando memineris, nec iunioris fratris Isidori obliuiscaris: quem quia sub Dei tuitione, & tribus germanis superstitionibus parentes reliquerunt communes, lati, & de eius nihil formidantes infantia, ad Dominum commearunt. Quem cum ego vt verè filium habeam, nec temporale aliquid eius charitati præponam, atque in eius pronis dilectione recumbam, tanto eum carius dilige, tantoque Iesum exora pro illo, quanto nosti eum à parentibus terrenis fuisse dilectum.* Vbi euidentissime apparet, æquè S. Isidorum adhuc inuenem cum

Bollandus in vita S. Fulgentij §. 24 num. 10.

(5)  
S. Braulio in vita S. Isidori, quæ extat apud Papebrochium in vita S. Doctoris die 4. Aprilis cap. 11. fol. 351.

(6)  
Bollandus in vita S. Fulgentij die 14. Ianuarij §. 1. n. 2.  
Tamayus in Martyrologio Hispan. in vita S. Fulgentij die 15. Ianuarij, fol. 160  
P. Martinus de Roa de Sanctis Astigitanis lib. 1. cap. 5. vbi de S. Fulgentio.

(7)  
Maximus in Chron. ad annum 598.

(8)  
P. Martinus de Roa in vita S. Fulgentij ad medium.  
Tamayus ibidem fol. 157.







cum nullam rationem, nec coniecturam ad persuadendum fictum ab eo Epigramma illud fuisse, afferat, sed ea solummodo, quæ exposita sunt verba.

16 Non urgente quod Maximus dixerit Fulgentium Hispali Patre exule natum fuisse, quandoquidem & de S. Isidoro hoc idem per errorem testatus fuit, cum dixerit: (10) *Isidorus natus est Hispali, Patre exule in ea Vrbe*. Ex quo ut vidimus haud solum Nicolaus Antonius motus fuit ad hoc dubium excitandum, verum & Quintanadueñas, adhuc & Luitprandus, dum ipse Quintanadueñas ait: (11) *Natum Hispali Fulgentium testatur Maximus æra 598. Fulgentius nascitur Hispali, Patre exule in ea vrbe, excisa Carthagine. Luitprandus num. 226. Fulgentius, & Isidorus nati sunt Hispali*. Non, inquam, hoc urgente, quandoquidem ad euentiam demonstratum ex solis Leandri testimoniis manet, utrumque Carthagine natum fuisse, quibus & accedunt testimonia S. Braulionis, S. Ildephonsi, & Lucae Tudensis, contra quos Maximi testimonium, & si illius temporis sit, præualere non potest, neque ex hoc Fulgentium Carthagine natum fuisse à Lectionibus reiici, quando nec minimum dubium esse valet. Namque ut optimè ait Bollandus: (12) *Si est quidpiam, quod uni solum antiquæ historiæ non congruat, non ideo id proscribi æquum est, cum inter se frequenter Scriptores dissentiant, & veteres & moderni, etiam qui res suæ ætatis scribunt, & quibus gerendis ipsi interfuerunt*. Si enim hæc Bollandus tradit, quando dissensio est modernorum cum aliquo Scriptore antiquo, quid diceret quando antiqui Scriptores, & quidem Sancti ab alio eiusdem temporis dissentiant? Et quid quando inter testantes inuenitur, qui de re familiari testificatur, ut est S. Leander.

17 Quamobrem Papebrochius eodem in hoc spiritu quo Bollandus ductus, (utinam sic in omnibus) in Actorum continuatione, de S. Isidoro agens, tradit quæ initio num. 1. vidimus: *Carthago noua in Regno Murciae Sancto Isidoro, eiusque fratribus Sanctis Leandro, & Fulgentio, ac Sorori Sanctæ Florentinae patria fuit*. Quod solum testimonium sufficeret, præsertim quando in hoc idem totius Hispaniæ fama publica concordat. Et de eo optimum etiam præstat testimonium ipsa Ciuitas Carthaginensis, quæ publicæ venerationi habet, & semper habuit expositum in domo (quæ est Episcoporum Carthaginensium in Ciuitate illa Palatium) locum, ubi omnes quatuor Sancti nati fuerunt, ibi altari extracto.

## §. II.

18 Secundum quod R. D. Fidei Promotor animaduertit est, quod in dictis Lectionibus hoc legitur: *In linguarum peritia Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, & Latinae tantum profecit &c.* Et quod in-

(10)  
Maximus in Chronico vulgari anno 556.

(11)  
Quintanadueñas in vita S. Fulgentij cap. 4. apud Bollandum die 14. Ianuarij tom. 1. fol. 974.

(12)  
Bollandus in præfatione ad Acta Sanctorum cap. 3. §. 4. initio tom. 1.



super exprimitur: *Sua item sapientiae optimum specimen dedit in tot editis voluminibus, quot in antiquis Breuiarijs Hispanis memorantur. In illis enim eruditissima scripsisse Commentaria in fere totum vetus, & nouum testamentum fertur: licet iniuria temporum haec desiderentur. Et librum etiam de fide Incarnationis scripsisse, & alia opera elaborasse, multorum auctoritate discitur.*

In quo se remittit ad laudatum Nicolam Antonium, quatenus loco citato num. 14. ait: *Iisdem Breuiarijs tantum (quod mirere) acceptam Fulgentij multiplicis eruditionem linguarum, atque item quorundam eius operum notitiam ferimus.* Et laudat Breuiarium Palentinum, Hispalense, & Seguntinum (& poterat etiam laudare Carthaginense, Placentinum, Conchense, Compostellanum, & alia, de quibus postea,) & addit, quod si ita haec se haberent, Isidorus, & Ildephonsus, & alij de Scriptoribus Ecclesiasticis agentes, de eo testarentur, quod cum non fecissent, tamquam supposititia sunt habenda.

- 19 Sane si ex hoc solo infirmissimo, vti negatiuo argumento, quo Nicolaus Antonius in praesenti materia vtitur, & moderni Critici passim hodie vtuntur, vt traditiones omnes Ecclesiasticas in dubium haud solum vertant, sed vt supposititias petulanter declarent, haec & alia, quae de Fulgentio (& idem de quolibet alio ex Sanctis antiquis) Breuiaria, & Auctores de rebus Hispaniae, vel de alijs Regnis scribentes tradunt, reijciendae essent, vix traditioni vlli fides haberetur, vixque quid ratione immemorabilis posset manuteneri, nisi firmum initium illi assignaretur, (quod esset immemorabilem excludere, & inutilem traditionem reddere) vixque verum, quinimo nec probabile posset quid deduci, ex concordia Scriptorum sensu, quando longe posterioribus saeculis ab eis, in quibus res acciderunt, enarrantur; itaque tota historiae Ecclesiasticae harmonia confunderetur, elideretur, adhuc & eluderetur, & traditiones rerum antiquarum, quae viua voce maiorum fide populorum conseruantur, etiam si in eo Auctores consentiant, dummodo eiusdem aui non sint, nullius momenti erunt. Quod sustineri à S. Congregatione Rituum non valet.

- 20 Namque si hoc arguendi genus ad res Ecclesiasticas, vti supposititias reijciendas in ea praualeret, veluti canonizatum id arguendi genus haberetur; itaque anfa liuori Neotericorum Scriptorum daretur, vt hac securitate impunè omnia Sacra prout cuique liberet perperam in dubium verterent, libellumque repudij auctoritate propria illis darent, vt quotidie fieri experimur. Videmus enim pro libito quacumque leui ratione dubitandi inuenta, traditiones, vel tamquam dubias deserui, vel ceu apocryphas sperni, quinimo verbis affatim contumeliosis Auctores affici, & eorum opera acriter carpi. Itaque Bollandus haec aegreferens, ait: (1) *Neque enim arbitror, Ecclesiam suo decreto velle omnibus potestatem fieri, vt quae singuli improbarint fastidioso, aut alijs opinionibus*

(1) Bollandus in praefatione ad Acta



nibus præoccupato iudicio, ea ceu figmenta repudiare, & abijcere  
 valeant. Ego contra laborem meum vniuersæ Ecclesiæ, ac præser-  
 tim moderatrici cæterarum Romanæ Sedi probaturum me confido.

Sanctorum cap. 3.  
 §. 4. prope finem.

Nec negamus aliqualem ingeri non semel rationem dubitandi,  
 quando moderni ea testantur, quæ ab antiquis penitus inueniun-  
 tur ommissa; Sed non ex hoc solo continuo sententiam ferre pos-  
 sumus, vt dubium, minusque supposititium existimemus, quod  
 ex antiquis Breuarijs, Auctoribusque probis, etsi multis sæculis  
 posterioribus, vt certum traditur; præsertim quando ex ipsis an-  
 tiquis nullus contradicit. Operæ præteritum siquidem ante omnia  
 est inquirere, antequam iudicium feramus, si ea quæ Scriptores  
 referunt factibilia sunt, & verisimilitudinem habent, vel aliquale  
 in antiquitate fundamentum, in quo vel implicite contineatur,  
 vel sine violentia deduci valeat, & verisimiliter consequenter, id  
 ita fuisse credi. Quando enim hæc in relatis à modernis inue-  
 niuntur, sine dubio fides illis adhibenda videtur, vt in non dissi-  
 mili casu Bollandus ratiocinatur, dum vt hoc argumentandi ge-  
 nus reiiciat, inquit: (2) *Quæris vnde tibi constet fecisse Deum*  
*quidquam, quod memoratur: Vnde tibi constat non fecisse? Aucto-*  
*rem profero, qui asserat: Habes qui neget? Si habes vtrius potior*  
*fides? Si non habes, & fieri fateris posse; vide, ne temerarium sit*  
*absque vlla ratione negare esse factum.*

(2)  
 Bollandus in præ-  
 fatione ad Acta  
 Sanctorum cap. 3.  
 §. 4. post medium.

Credere sane debemus, quando A. A. etsi ex antiquissimis non sint,  
 aliquid, quod ab antiquioribus fuit omissum, referunt traditione  
 ad illa vsque tempora, vel in fide populorum, vel in scriptis, quæ  
 forsitan cum tempore perierunt, notitiam conseruari eius, quod  
 fertur. Præcipue quando aliunde possibile, & verisimilia  
 sunt, vel aliquale in antiquitate fundamentum habent. Vt acci-  
 dit in multis, quæ hodie incunctanter tenemus, de quo inter alia  
 innumera sunt exempla, quæ in mediū afferre possumus. Optimum  
 habemus in multis ex eis, quæ Sanctus Ioannes Damascenus de  
 transitu Beatissimæ Virginis Mariæ scribit; quia etsi non omnia  
 in Scriptoribus illo antiquioribus reperiantur, tamen quia ex an-  
 tiqua traditione vsque tunc fide populorum (vel forsitan scriptis,  
 quæ perierunt ea tenebantur) vt ipse Sanctus Doctor ait: (3) *Ex*  
*antiqua accepimus traditione, &c.* ab Ecclesia merito recipiuntur,  
 & in Lectionibus exponuntur. Et ita alia multa se habent, quæ  
 hodie inconcussè retinemus. Nam vt laudatus Bollandus ait:

(3)  
 S. Ioann. Damasce-  
 nus orat. 2. de dor-  
 mitione Deiparæ sub  
 finem.

(4) *Neque hic periculosus est error, vt nesciam ortum Sancti alicu-*  
*ius, aut quidpiam eius factum, quorum quædam etiam Sacra Scri-*  
*ptura occulit. . . S. Dionysium Parisiorum Apostolum sub annum à*  
*Christi ortu 250. missum in Gallias viri eruditi existimant, eumque*  
*se publicè venerari profitentur. Volunt alij ne extitisse quidem eum*  
*umquam, pro que eo Arcopagitam Dionysium sacris solemnibus non*  
*colendum. An ea leuis est controuersia? Errare alterutram par-*  
*tum necesse est. Non commouentur tamen propterea Ecclesiarum*  
 Anti-

(4)  
 Bollandus in præ-  
 fatione ad Acta  
 Sanctorum cap. 3.  
 §. 4. post medium.



Antistites, nec ipse Præses, & Rector, ac Pater omnium Romanorum Pontifex. Non est enim is error eiusmodi, qui pietatem, aliamque virtutem labefaciat.

(5)  
Luca cap. 22.  
vers. 44.

(6)  
Melchior Canus  
de locis Theologicis  
lib. 11. cap. 2. post  
medium.

23 Si enim aliter posset procedi, Erasmus forsitan argui non deberet, qui ex eo quod nullum viderat ex antiquis Scriptoribus per multa sæcula testantem de tenebris, quæ super vniuersam terram tempore mortis Christi factæ fuerunt, dicente Euangelista Luca (5) *Tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam*, arguebat, quod non nisi super vniuersam Iudææ terram fuerunt factæ, reprobans vt apocrypham Dionysij Areopagitæ epistolam, in qua de Eclipsi à se viso testatur. Quod genus argumenti ex hoc solo capite, quod nullus ex Scriptoribus illius temporis mentionem fecerit, Melchior Canus reprobat, vt insufficiens, vti inficiale, ait enim: (6) *Erasmus, quas tenebras super vniuersam terram factas plane scribit Euangelista, eas ipse super Iudæam tantum factas intelligit, falsæque intelligentiæ causam ponit, neque veram, neque si vera esset, satis idoneam, quod si hæc tenebræ tanto spatio contigissent per vniuersum Orbem, aliquis certe seu Latinus, seu Græcus Scriptor eius rei meminisset. Nam epistolam, qua Dionysius adstruit Eclipsim illam se diligenter & vidisse oculis, & animo considerasse, quasi nomine Dionysij confictam, desiderandam propinat. Obseruentur illa verba, causam ponit neque veram, neque si vera esset satis idoneam. Non veram, esse ait, ob trinas quas adducit attestaciones trium Scriptorum de tenebris loquentium, qui certe, cum de tenebris tantummodo in genere loquantur, quin aliud expriment nisi quod tenebræ factæ fuerint, quod Erasmus non negat, & hoc duobus tribus, & quatuor sæculis post mortem Christi transactis testimonium eius non infringunt. Non idoneam, & si vera esset, ait, & merito quidem; quia, vt diximus, recepta traditio fundata in Lucae testimonio sufficeret vt Euangelij verba *Tenebræ factæ sunt in vniuersam terram*, non limitarentur ad vniuersam terram Iudææ, ex hoc solo quod nullus illius temporis Scriptor neque Græcus, neque Latinus mentionem de tam singulari miraculo fecerit.*

(7)  
Dionysius in pre-  
fatione ad Actas  
sanctorum cap. 8.  
p. 4. post medium.

24 Sane si hoc genus argumentandi vt sufficiens admitteretur, innumera quæ hodie tamquam omnino certa habemus, & habere tenemur, in dubium verti possent. Itaque de Historia à Diuo Hieronymo relata de itinere Sancti Antonij ad Paulum Heremitarum Principem, de vtriusque per Coruum refectione, & Pauli per Antonium tumulatione dubitare possemus, cum Sanctus Athanasius, qui eius vitam scripsit, omnia hæc omisisset.

(8)  
Dionysius in pre-  
fatione ad Actas  
sanctorum cap. 8.  
p. 4. post medium.

25 Et pariter de Historia Martyrij Sancti Ioannis Euangelistæ, deque Romæ immisione in feruentis olei dolium, ex quo purior & vegetior exiuit quam intrauit, dubitare fas nobis esset, quandoquidem de hac Historia cum in media Roma accidisset, solus Terullianus ex Scriptoribus illius temporis vsque ad Sanctum Hieronymum



ronymum, qui ex illo eam refert, memoriam fecit .  
26 Nec arguere temeritatis Launoium possemus, qui impudentissimè  
de veritate miraculosissimæ translationis domus Lauretanæ in  
locum, vbi hodie veneratur, eò dubitavit, quia Sanctus Antoni-  
nus, cum eiusdem temporis fuerit, in Chronico suo mentionem  
de ea non fecit .

27 Imò dari locus etiam posset, vt moderna crisis dubitare de crudeli  
Innocentium interfectione per Herodem patrata forsan auderet,  
licèt ex Euangelio constet, eò quod Iosephus, qui Historiam He-  
rodis, omniaque eius facta, & facinora minutissimè narrauit,  
mentionem de hoc crudelissimo flagitio minimè fecit .

28 Fateri ergo tenemur, hoc genus argumentandi, & præcipuè de  
rebus sacris agendo, omninò contemni, & reprobari debere, vt  
à Diuo Augustino reprobatur, qui contra Faustum ait: ( 7 ) *Sicut  
Faustus hinc Evangelicorum veritati voluit calumniari, quia Mat-  
thæus aliquid dixit, quod Lucas cum idem narraret, dicere præ-  
termisit: quasi negauerit Lucas dixisse Christum, quod eum dixisse  
scripsit Matthæus. Hinc omninò nulla vnquam quæstio fuit, ne-  
que hoc obijci nisi ab omninò imprudentibus, & nihil harum rerum  
considerare volentibus, seu valentibus, potuit. Et videri potest  
Theophilus Raynaudus. ( 8 )*

29 Porrò hæc omissiones ex multis capitibus oriri possunt; vel quia  
Scriptores, qui antiquis temporibus maiori sinceritate procede-  
bant, nec persuasum sibi habere poterant, quod hodie accidere  
videmus, videntes rem notoriam omnibus esse fortè, existima-  
runt obliuioni nunquam tradi posse, vt multoties nobis accidit.  
Vel quia ob notorietatem alios multos memoriam facturos iu-  
dicarunt, itaque omiserunt. Vel quia in factis permanentibus  
superfluere ea scribere existimabant, de quibus ipsa testimonium  
perpetuò exhibere poterant. Vel quia etsi res tempore suo conti-  
gissent, de illis notitiam non habuerunt, Vel quia etsi habuerint,  
opus suum, in quo inserere notitiam poterant, absolutum iam  
erat. Vel quia præsentis euentui non fuerant, & sic de circum-  
stantijs non bene informati, ne res aliter ac acciderunt, narra-  
rent, omiserunt. Vel quia habentes notitiam, ea referre obli-  
fuerunt. Vel quia etsi non obli-  
fuerunt, per errorem existimarunt men-  
tionem de eis in suo opere iam fecisse. Vt frequentissimè nobis  
accidit. Multa enim, quæ in animo habemus inserere in aliquo  
opere, cui laboramus, & in re omisimus, existimantes iam in-  
seruisse, post opus expletum, vel typis mandatum, non ita  
fuisse animaduertimus. Vel quia etsi verè de re mentionem fe-  
cerint in illis temporibus, in quibus omnia in manuscriptis va-  
rijs manibus transumptis conseruabantur, facillimè accidere po-  
tuit à Transcribente multa omitti, & inter illa illud, quod desi-  
deratur, & cum tractu temporis impressiones vt plurimum non  
ex originalibus, sed ex transumptis, quæ reperiabantur, fiebant,  
inde

( 7 )  
D. August. contra  
Faustum lib. 33.  
cap. 7.

( 8 )  
Theophil. Raynau-  
dus in antemurali  
aduersus fortia in-  
genia tom. 8. pag.  
147.



inde accidere poterat in operibus inueniri omissum, quod ab Auctore forsan fuit expressum. Vel quia relatum, ex hominum malitia fuit ab operibus expunctum, quod in rebus ad Ecclesiam pertinentibus solemnissimum fuisse hæreticis non ignoramus; quandoquidem de eo irrefragabile nobis offerunt testimonium Primum Generale Concilium Nicænum in Canonibus ab eis ab- rasis; & Concilium Chalcedonense in alijs multis expunctis, & alia innumera exempla, quæ de hoc habemus. Vel tandem quia si de Scriptoribus agitur non eo tempore scribentibus, sed vel paulò post, vel sæculis posterioribus, in his facilius est ea omittere, vel quia muneris eorum non erat, vel ad materiam, quam tractabant, non pertinebant, vel quia ab alijs iam relata existimabant. Et cum extot capitibus, vel alijs similibus, vel dis- similibus hæc omissiones prouenire valeant, ex hoc euentissimè apparet, quàm inutile, quàmque contemptibile sit argumentum negatiuum, quod ex his omissionibus, vt omnia dubia, & nihil certum ex antiquitatibus, & traditionibus habere valeamus, vo- luntarie confici solet.

(7)  
D. Augustinus  
Epistolæ lib. 32.  
cap. 7.

30 Hoc supposito, vti valdè conducente pro satisfactione animad- uersionum omnium Nicolai Antonij, ad quas se remittit R.D. Fidei Promotor; quid vt ad casum nostrum reuertamur ad rem facit, quòd nec Isidorus, nec Ildephonsus, qui fuerunt vni- ci, qui sæculo septimo de Scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, de Fulgentio, quicquam, quantum ad linguarum eruditionem, & scripta de quibus agimus dixerint, vt sententia confestim absque alio examine à Nicolao Antonio proferatur, ea prorsus dene- gando, vt moris illi est in ferè omnibus, quæ tractat ( ex quo apud Hispanos, licèt eruditissimus habeatur; creditur tamen ex- cessisse metas Scriptoris, quandoquidem non aliud intendisse videtur, quàm vt eruditionem suam ostendat ( quæ notissima omnibus Hispanis est ) quærere, quibus omnia in dubium vocet, quod sicut nihil in rebus antiquis facilius, ita nihil ad fidem anti- quitatum turbendam inefficacius ) præcipuè quando & grauissi- ma in antiquitate ipsa sunt fundamenta, vt ex ipsis eruditionem Fulgentij in varietate linguarum, adhuc & eius scripta deducere valeamus, ( quod sufficeret ) & insuper constat multa ex scri- ptis, quæ referuntur, extare, vt iam videbimus.

(8)  
Theophilus R. S. S. S.  
in antiquitate  
aduersus hereticos  
tom. 3. pag. 147.

(9)  
D. Isidorus in *Chro- nic. Mundi ad ann. 5614. Extat in eius operib. fol. 272.*

(10)  
Lucas Tudensis in *Chron. mundi prope finem s. Mauritius. Extat in tom. 4. Hi- spaniæ illustratæ pag. 38.*

(11)  
Idem lib. 2. eiusdem *Chron. era 610. fol. 50.*

31 Quod grauissima sint in antiquitate fundamenta, vt deduci vtrum- que valeat, patet ex ipsis Sanctis Isidoro, & Ildephonso, quan- doquidem ex illis de eius sapientia, & doctrina instruimur satis quod est fundamentum, quo verisimile vtrumque redditur asser- tum. Nam S. Isidorus hæc de Sancto Fulgentio tradit: ( 9 ) *Ful- gentius Episcopus in confessione Dei, & scientia claruit. Cui con- cordat Lucas Tudensis, qui in suo Mundo Chronico similiter ait: ( 10 ) Fulgentius Episcopus Astigitanus in confessione Dei, & scientia claruit. Et alibi: ( 11 ) Fulgentius Astigitanus in nostra*

cbai

dog-



dogmate claruit. Et alibi aduersus Albigenses postquam dixerat:

(12) Clarissimus Philosophus Catholicorum Isidorus tam etymologis, quam rerum naturis differendis scientiarum, & linguarum varietate inter Doctores obtinet Principatum. Addit. Gloriosissimos etiam Doctores Leandrum, Fulgentium, &c.

32 Et similiter S. Ildephonsus in carminibus à Papebrochio laudatis, quæ composuit, & affigi voluit Sepulchro Isidori, Leandri, Florentinæ, & Fulgentij, postquam Carthagine Hispalim corpus fuit translatum, vt cum fratribus suis sepeliretur, sic de eo loquitur (13)

Doctores Fulgentij horum fratrum Socij recordari volumus.

Quem per vitæ meritum salutis sollicitum esse nostræ quæsumus.

Et eodem Doctores titulo cum honorat in Epigrammate n. 14. laudato. Et Doctorem cum appellando, satis eius doctrinam, & sapientiam indicare conspicuum est.

33 Cui & consonat Rodericus Toletanus Archiepiscopus, à Bollandus, & ab ipso met Nicolao Antonio, adhuc & à R. D. Fidei Promotore adductus, qui de Leonigildo Rege loquens ait: (14)

Cum in infirmitate acriter torqueretur, præcepisse filio Recaredo, vt Episcopos ab exilio reuocaret, & Leandrum Hispalensem, &

& eius germanum Fulgentium Astigitanum, qui in doctrina Ecclesiastica fulgebat insignis, tamquam patres audiret, & eorum monitis obediret. Cui & concordant Bollandus, Mariana, Rodericus Sanctius, Alphonfus de Cartagena, Tamayus, P. Martinus de Roa, Saauedra, & alij. (15)

34 Laudatissima etiam antiqua manuscripta Toletana, quæ Papebrochius in vita S. Isidori sequitur, siue sint Lucæ Tudensis, siue cuiusdam Canonici Regularis Legionensis, (quod dubium relinquit) de S. Fulgentio loquentia, hæc tradunt: (16) Fulgentius qui fulgore Sanctarum Scripturarum, & operum, vniuersalem irradiauit Ecclesiam, Almus Doctor, & Præsul clarissimus, &c.

A quo nec ipse Nicolaus Antonius abludivit, dum ait: (17) In Conciliaribus huius ineuntis sæculi conuentibus, quod ab anno 600.

vsque ad 700. pertinet, sanctitate merum, ac doctrina conspicui plures Ecclesiarum Præsules, totidem veluti super candelabrum ardentissima, ac fulgentissima faces emicuerunt: Isidorus nempe Hispalensis, Fulgentius eius germanus frater, &c.

35 Si ergo Fulgentius ex tot allatis testimonijs, & alijs infra afferendis, adhuc & ex ipsius Nicolai testimonio, suo sæculo in Concilijs, quæ tunc temporis in Hispania celebrata fuerunt, cum Isidoro in sapientia & doctrina velut ardentissimum lumen fulgebat, cum hoc tam folido fundamento, etsi aliud non adesset, quid Nicolaus Antonius miratur, quod Breuiaria Hispana Hispalense, Palentinum, Salmantinum, Seguntinum ab ipso laudata, & Abulense, & Compostellanum, & alia à Biuario, Tamayo, & P. Martino de Roa laudata (omisso Carthaginensi, &

(12) 81

Idem lib. 2. aduersus Albigenses errores cap. 7. ad medium, Extat in Bibliotheca veterum Patrum tom. 25. pag. 252.

Impressio Lugduni fol. 220.

(13) Extant apud Papebrochium in vita S. Isidori die 4. Aprilis cap. 10. fol. 350.

(14) D. Nicolaus Antonius ubi supra num. 29. fol. 237.

(15) Bollandus in vita S. Fulgentij cap. 2. in notis, litera A. Mariana lib. 5. historia Hispanæ cap. 13.

Rodericus Sanctius in historia Hispan. p. 2. cap. 20. Extat in Hisp illustrata tom. 1. pag. 147.

Alphonfus de Cartagena de Regibus Hispaniæ cap. 27. Extat ibid pag. 261.

Tamayus in vita Sancti Fulgentij tom. 1. fol. 157.

P. Martinus de Roa de SS. Astigitanis lib. 2. cap. 5. Saauedra Corona Gothica cap. 14. circa finem.

(16) Papebrochius die 4. Aprilis in vita S. Isidori cap. 1.

(17) P. Nicolaus Anton. dict. lib. 5. cap. 1. num. 2.



(18)

Breviaria Hispana  
apud Bivarium ad  
Chronicon Maximi  
ad ann. 559. num.  
91.  
Et apud Tamayū  
in Martyrologio His-  
pano in vita S. Ful-  
gentij tom. 1. fol.  
154. & 162.  
Et apud P. Marti-  
tinum de Roa de  
SS. Astigitanis lib.  
2. cap. 5.

Et apud Nico-  
laum Antonium  
vbi supra num. 14.

(19)

Idelphonus Gar-  
cia Matamoros de  
Academijs literarijs  
longè ante medium  
in Hispania illustra-  
ta tom. 2. fol. 810.

(20)

P. Martinus de  
Roa de SS. Astigi-  
tanis lib. 2. cap. 5.  
vbi de S. Fulgentio.  
Tamayus in Mar-  
tyrologio Hispano in  
vita S. Fulgentij to-  
1. fol. 151.

Quintanadueñas  
in vita Fulgentij  
cap. 1.

Bollandus in vita  
S. Fulgentij cap. 1. in  
notis, litera D. & E.

(21)

In Officio S. Isido-  
ri die 4. Aprilis in  
4. Lectione.

(22)

S. Braulio in vita S.  
Isidori, quæ extat  
apud Papebrochium  
in vita S. Isidori die  
4. Aprilis.

Placentino, ne vt suspecta vti de Patrono proprio loquentia re-  
cusentur) de Fulgentio vnanimiter dicant: (18) *Fulgentius do-  
ctrina Ecclesiastica clarissimus, Græco, Hebraico, Arabico, & Sy-  
ro, Latinoque sermone eruditus, &c. Fecit namque expositiones  
luculentissimas in sacra Euangelia, in Isaia, & duodecim Pro-  
phetas, in Pentateuchum, & Regum libros. Quando, nullo in op-  
positum allegato testimonio, credere potius debebat, quod  
vel ex ipsis met scriptis, vel ex antiqua traditione in Hispanis  
conseruata, Breviaria hæc, quæ tradunt, sumpserunt: adhuc  
dato, quod tunc temporis, quando Breviaria edita fuerunt  
(quorum initium ignoratur) non omnia ab eo scripta con-  
seruarentur, sicut hodie, quæ relata manent, in desiderio  
sunt.*

Præsertim quando ad id ita credendum hæc duo concurrunt. Al-  
terum quod tunc temporis in Hispania valdè præualebat peritia  
linguæ Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, illi affinis, & Latinæ, præ-  
ter Gothicam, quæ erat quasi Nationalis, vt Idelphonus  
Garcia in suo erudito tractatu de Academijs literarijs tradit, di-  
cens: (19) *Fuerunt tres germani fratres, lumina, & ornamenta  
Reipublicæ nostræ, Leander, Fulgentius, & Isidorus, nobilitate  
clari, eruditione insignes, sanctimonia venerabiles: Qui Roma-  
nam, & Atticam eloquentiam insigniter edocti, in literis quoque  
Hebraicis minimè infantos, Gothos ipsos Valentis Imperatoris sceleris,  
ac sacrilegio corruptos Christianam Religionem fortiter do-  
cuerunt. Vigebant porro ea tempestate Hebraicæ literæ in Hispania,  
Florebant quoque Hispani Latine, & Græcæ literæ,  
artes etiam omnes humanitatis. Et infra: Trium igitur lingua-  
rum cognitione tres præstantissimi Beticæ Principes armati, im-  
portunitatem noui, & inauditi sceleris, quæ in Gothorum moribus,  
& visceribus exarserat, partim Hispani, & Toleti celebratis Sy-  
nodis, & magnis Ecclesiæ Conuentibus restrinxerunt; partim  
belluas illas portentis immanes, & feras forma hominum indutas,  
docta primum, & eloquenti voce commotas, deindè hortando, mo-  
nendo, obsecrando, ad verum Dei cultum pertraxerunt.*

Alterum verò, quod Fulgentius, qui pro Magistro habuerat  
Etherium Episcopum Bastitanum doctrina, & sanctitate con-  
spicuum, vt pro tanto viro erudiendo decebat, vt tradunt  
Auctores ad oram laudati (20) vnà cum Leandro fuerunt Ma-  
gistri Sancti Isidori, qui vti natu longè minorem illum in  
liberalibus artibus erudierunt, vt vidimus ex ipso Sancto  
Leandro num. 12. & ex Papebrochio in manuscriptis ab eo  
laudatis num. 13. & ex Lectionibus ipsius Isidori ibi (21)  
à Sanctis Episcopis Leandro Hispalensi, & Fulgentio Carthagi-  
nensi fratribus suis piè, & liberaliter educatus. Si ergo de S. Isi-  
doro Sanctus Braulio ait (22) *Refulsit Doctor eximius, vt secun-  
dum qualitatem sermonis omnibus, videlicet Latinis, Græcis, &*

He-



Hebraeis in eruditione existeret aptus. Quid mirum, quod in eisdem linguis Fulgentius eius Magister eruditus euasisset, & quod eruditione, & doctrina tanta præditus, libros, de quibus in Lectionibus, scripsisset. Cum ergo hæc concurrant, & aliunde non solum Martyrologium Hispanum, sed & Breuiaria omnia Hispana, adhuc etiam & Scriptores omnes Hispani in idipsum consentiant, nullo nisi Nicolao Antonio contradicente, videtur de hoc minimè dubitari posse.

257. 71. 11b. 11c. 11d. 11e. 11f. 11g. 11h. 11i. 11j. 11k. 11l. 11m. 11n. 11o. 11p. 11q. 11r. 11s. 11t. 11u. 11v. 11w. 11x. 11y. 11z.

38 Nam, quod attinet ad Martyrologium Hispanum, in eo sic legimus;

( 23 ) *Fulgentius &c. Vir literis egregiè excultus, ut librorum ab ipso compositorum indicant volumina &c.* Quod verò attinet ad Breuiaria omnia, præterquam quod ipsemet Nicolaus Antonius fatetur, hæc testimonium de eodem præstare, afferens num. 14. eorum verba: Biuarius ex eisdem Breuiarijs, & signanter ex Palentino, & Salmantino ea ad longum, vt in illis continentur, affert, quæ sic se habent: ( 24 ) *Fulgentius Sanctissimus Episcopus Astigitanus, frater Sanctorum Isidori, & Leandri in doctrina Ecclesiastica verbo pariter, & exemplo Hispanam decorauit Ecclesiam. Peritus namque in Græco, Hebræo, Arabico, Syro, Latinoque sermone, Astigitanam primum, deinde etiam Carthaginensem Ecclesias 24. annis prouidentissimè gubernauit. Et infra: Interfuit Concilio Toletano, ubi fuit condemnata heresis Arianorum per 72. Episcopos ex diuersis partibus congregatos, cuius consilio, ac doctrina Sacra Synodus plurimum est adiuta. Fecit namque expositiones luculentissimas in Sacra Euangelia, in Isaiam, & duodecim Prophetas, in Genesim, & Pentateuchum, &c.*

( 23 )  
Martyrologium  
Hispanū apud Ta-  
maium tom. 1. pag.  
153.

( 24 )  
Biuarius ad Maxi-  
mum in Chronicon.  
ad annū 559. n. 91.  
pag. 452.

39 Ex Auctoribus Lucius Marinæus Sículus hoc idem testatur. Ait enim: ( 25 ) *Fuit autem Fulgentius vir eruditissimus, quippe linguam Hebræam, Græcam, Latinam, & Arabicam callebat. Et Franciscus Tarafa de Regibus Hispaniæ: ( 26 ) Fulgentius Florentiæ Virginis, aliorumque frater Arianos ornēs, quum vir esset eruditissimus, miris operibus suis fortiter oppressit.*

( 25 )  
Marinæus Sículus  
de rebus Hispaniæ  
sub titulo de S. Ful-  
gentio Episcopo Asti-  
gitano. Extat in  
Hispania illustrata  
tom. 1. fol. 335.

( 26 )  
Franciscus Tarafa  
de Regibus Hispan.  
ad annum 595. vbi  
de Rege Luyba. Ex-  
tat ibidem tom. 1.  
fol. 543.

40 Garibai exactissimus Historiographus ( 27 ) *Inter Sanctos Doctores illis temporibus splendebat Fulgentius vir doctissimus in linguis Latina, Græca, Arabica, & Syriaca, qui scripsit in Esaiam, duodecim Prophetas, Pentateuchum, libros Regum, & Euangelia. Et Ioannes Vaszus in Chronicon. ( 28 ) Sanctus Fulgentius Hebræi, Græci, Arabici, Syri, & Latini sermonis peritissimus scripsit in Euangelia, Isaiam, duodecim Prophetas, Pentateuchum, & libros Regum.*

( 27 )  
Garibais in com-  
pendio Historiæ Hi-  
spaniæ lib. 8. cap. 24

( 28 )  
Vaszus in Chronica  
ad annum 591. Ex-  
tat in Hispania illu-  
strata tom. 1. fol. 681

41 Tamayus insignis Sanctorum Hispanorum scriptor: ( 29 ) *Hæc igitur spiritus alimonia creuit Fulgentij non solum veritatis agnitio, sed etiam fidei amor, quam ab ubere deprehenderat, quo in ætatis flore, in literarum studio commercium adinuenit, ita vt insignem Doctoris titulum præ omnibus sui sæculi sit adeptus. Ad cu-*

( 29 )  
Tamayus de Sala-  
zar à Martyrologia  
Hispano in vita S.

ius



Fulgentij die 15. Ianuarij tom. 1. fol. 355.

ius nominis apicem consequendum illud præcipuum, & plausibile inter proprios, & exteros insigne fuit, quod in varijs gentium Dialectis, & idiomatibus non modo instructus, sed singularis fuerit, ut indicant præter Hispanicam, Græca, Syriaca, Hebraica, Gothica, Latina, & Arabica lingua, quas profundè calluit; quo etiam inimicorum viscera demulcebat. Et infra: Hoc non erit ambigendum, quòd magnum sapientiæ peculiū extraxerit, illudque superlucratu fuerit Fulgentius continuis vigilijs, ut Doctoratus ab omnibus proclamatus titulus condemonstrat, ut tanta Scriptorum singularium perhibent volumina, ut præclara gestorum sublimium indicant epistola. Operum moles hæc recensentur: Commentaria in Pentateuchum, In libros Regum, Isaia, & in duodecim minorum Prophetarum oracula: Euangeliorum contexturam.

(30)  
Quintanadueñas  
in vita S. Fulgentij  
apud Bollandum die  
14. Ianuarij cap. 14

42 Quintanadueñas: (30) Literis egregiè excultus Fulgentius, atque in primis non vulgari variarum peritia linguarum Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, Gothicæ, Latinæ, Italicæ, Arabicæ, sed præcipuè diuinorum librorum intelligentia, Argumento sunt edita ab eo volumina, & si multorum memoriam tempus aboleuit; memorantur eius eruditissimi Commentarij in Pentateuchum, libros Regum, Isaia, & duodecim minorum Prophetarum oracula Psalmos, & Euangelia. Et idem tradunt P. Martinus de Roa, Padilla, Sandovalius Episcopus Pampilonensis, & Thomas Truxillo. (31)

(31)  
P. Martinus de  
Roa de SS. Astigitanis  
lib. 22. cap. 5. Padilla  
historia Ecclesiastica  
Hispana centuria 6, cap. 13.  
Sandovalius in regulam  
S. Leandri

43 Si ergo, ut dicebamus, præter tot fundamenta ex antiquitate desumpta, non solum auctoritatem Martyrologij, ac Breuiariorum Hispaniæ, verùm & antiquorum Hispanorum Scriptorum, nullo contradicente, habemus; quid aliud desiderari deberet, ut licèt nullo ex scriptis constaret, inferi in Lectionibus posset, quod à D. Promotore Fidei excludi prætenditur ex hoc solo; quòd Nicolaus Antonius dubius de eo sit. Cui optimè congruunt ea, quæ de similibus Scriptoribus prælaudatus Bollandus tradit: consilium insinuat de modo, quo se gerere debeant, qui non omnia, quæ de Sanctis scribuntur, sibi probant. Ait enim (32) Nec mihi id sumo, ut passim liberè pronuntiem, falsa esse, ridicula, indigna, quæ de Sancto quopiam hætenus tradita, eaque à me omitti. Esset qui occineret fortasse: Maiores nostri non temerè Sanctum illum venerati sunt, si ea, quæ de illo ad nos peruenierunt, falsa iudicas, planèque repudianda, profer melius quidpiam, aut sine nos jis, quæ extant, qualiacumque ea sint, uti. Nam si displicent vniuersa, fieri non potest, quin habeas, quòd substituas: qui enim possent alioquin omnia displicere, si nihil de eo traditum esset alibi contrarium? Si traditum est, ede illud. Si, quia quædam non probantur, respice cetera: cur non potius, quia aliqua non potes improbare, sinis Lectorem frui omnibus, monitum tamen, quid, aut quamobrem improbes, ne temerè cuncta amplectatur? Et ipse sortè ubi suum iudicium adhibuerit, etiam quæ spreuerit, quædam rata esse volet, & reperi-

(32)  
Bollandus in præfatione  
ad acta SS. cap. 3. §. 1. non longè  
ab initio



periet, quo ea stabiliat, ac de cæteris, quid sentire fas sit expediret.

44 Ast nec sumus in casu, in quo obijci meritò valeat Breuiaria, & AA. æquiuatione laborasse, Fulgentio Hispano tribuendo opera, quæ Fulgentij Africani fuerunt, quandoquidè inter opera S. Fulgentij Ruspensis nullam expositionem in Scripturam, nec in eam Librum vllum scripsisse, inuenitur, nec Auctor vllus, qui simile opus illi tribuat, vt videre est ex antiquis in S. Isidoro, & ex modernis in Cardinali Bellarmino, vbi de S. Fulgentio Ruspensi agit. Ex quo dilucidè excluditur illa præsumpta æquiuocatio, in qua tantum fidit Nicolaus Antonius, dicens, ex æquiuatione nominis Fulgentio Hispano tribui scripta, quæ Fulgentij Ruspensis fuerunt.

§. III.

45 Sed nec his demonstrationibus, quæ declarandi gratia sapientiam, & eruditionem Fulgentij exposita esse volumus, indigemus, cum prorsus extrà casum simus. Extant enim hodiè opera Fulgentij, de quibus controuerti ratione minimè valet. Nam in primis apud Prudentium Sandoualium Episcopum Pampilonensem, testante Nicolao Antonio, hæc habemus: (1) *In Monasterio Sancti Saluatoris de Oña in Castella veteri extat expositio in totum Psalterium Gothicis caracteribus exarata*. Et hoc idem testantur Tamayus, Quintanadueñas, & Pater Martinus de Roa. (2) Cui attestatiōni cum nihil opponere valeat Nicolaus Antonius ait: *Si verò constat, undè tanta in Monachis, honesti, & laudabilis incuria, qui latere hunc apud se thesaurum, cuiuscumque Fulgentij sit, hætenus tolerauerit: Quod & opponi omnibus manuscriptis, quæ in Bibliothecis totius Mundi inueniuntur, poterat, vt ità omnia Fidei dubiæ nobis fierent.*

46 Rursus ex attestatiōne de visu Ambrosij de Morales Cordubensis, qui primum locum inter omnes Historicos Hispanos meritò ob eius veracitatem, & summum laborem, quo suum Chronicum Hispanum composuit, habere meruit, habemus aliud celebre opus de Fide Incarnationis, quod Fulgentius noster composuit, dùm ait: (3) *In Bibliotheca Ecclesiæ Cordubensis reperitur Codex corpore magnus literis Gothicis quingentis ab hinc annis exaratus, à nostro Sancto elaboratus de Fide Incarnationis Redemptoris nostri, & de alijs quæstionibus, super quibus ab Scarilla amico suo fuerat consultus, illi dedicatus.*

47 Et idem tradit Mariana: (4) *Scriptit Fulgentius Librum de Fide Incarnationis, alijsque nonnullis quæstionibus, qui ad nostrum tempus conseruatur.* Et Iulianus Perez, qui ait: (5) *Scriptit Librum de Incarnatione, quem dedicauit Scarillæ Monacho Benedictino, Abbati S. Leocadiæ.*

48 Idem paritèr testatur Tamayus, qui ait: (6) *In Bibliotheca*

(1) Sandoualius in Regulam S. Leandri, quod refert Nicolaus Antonius vbi supra num. 20.

(2) Tamayus vbi proxime. P. Martinus de Roa vbi proxime: Quintanadueñas, vbi proxime cap. 1.

(3) Ambrosius Morales in Chronico generali Hispaniæ lib. 12. cap. 5. fol. 102.

(4) Mariana Historia, Hispaniæ lib. 6. cap. 1. post medium.

(5) Iulianus Perez in Chronico cum eiusdem Aduersarijs n. 562. pag. 130.

(6) Tamayus in Martyrologio Hispano de S. Fulgentio tom. 1. fol. 150.



*Sanctæ Ecclesiæ Cordubensis adhuc observatur manuscriptus Codex, ab annis quingentis Gothicis literis exaratus de Fide Incarnationis, titulo S. Fulgentij Astigitani insignitus cum alijs questionibus ad amici rogatum scriptis, Huius voluminis molem conscripsit, dum Carthagine exularet, ab hincque Epistolis S. Hermenegildum ad Martyrij coronam exhortabatur, Illius ergo Libri compagem dicavit Scarilla Abbati S. Leocadiæ, Maximus item Fulgentio nostro Mythologiarum tractatum tribuit, Et idem ferè iisdem terminis tradunt Biuarius, Martinus de Roa, Quintanadueñas, & Franciscus de Padilla, à quibus non dissentit Bollandus. ( 7 )*

(7)  
Biuarius ad Maximum in Chronico ad Ann. 559. num. 91. pag. 152. & alibi pag. 655.

P. Martinus de Roa de SS. Astigitanis, ubi de S. Fulgentio lib. 2. cap. 5.

Quintanadueñas in Vita S. Fulgentij apud Bollandum die 14. Ianuarij cap. 1. Padilla Historia Ecclesiastica Hispana Centuria 7. cap. 13. Bollandus in Vita S. Fulgentij in notis ad cap. 1. lit. K.

(8)  
Nicolaus Antonius dicto lib. 5. cap. 1. num. 7.

(9)  
Idem ibidem n. 18.

49 Nec obstat, quod Nicolaus Antonius de hoc volumine haud minus, quam de reliquis dubitet; nam cum dubitari minimè valeat de veracitate, & ingenuitate Ambrosij Morales, deque eius diligentissima indagatione in omni eo, quod in sua Historia tradit; nec de eius pariter attestazione de visu dubitari debet. Et quod de veritate Auctoris dubitari minimè fas sit, vel ipsemet Nicolaus Antonius id fatetur, qui postquam dixisset ( 8 ) *Ambrosius Morales diligentissimus aliàs Historicus*, in eodem contextu, ubi ab illo recedit, cum de hoc opere loquitur, ait: ( 9 ) *Ambrosius de Morales primus rei Auctor est, qui cum Cordubensis Patria esset, Virque in paucis ingenuus, & verax, firmum quidem, & quantum potis est, graue pro inscriptione Libri Testimonium perhibet.* Et immediatè subiungit: *Quid autem si ea non recta sit? Potuit enim Scriptor alterum pro altero Fulgentium capere, ab iudicareque germano Parenti opus. Cum verè id iam ediderit tamquam Fulgentij Ruspensis Guillelmus Camerarius, & Schottus cum alijs veterum Patrum monumentis apud Sebastianum Hure in 12. cum præmissa epistola operis præambula sic inscripta: S. Fulgentij Ruspensis Episcopi responsio ad interrogationem Scarilla de Mystero Incarnationis, & vilium Animalculorum Auctore,*

50 Si ergo cum omnibus Hispanis fatetur, Ambrosium de Morales esse Virum in sua Historia diligentissimum, & in paucis, siue inter paucos ingenuum, & veracissimum, ( hoc enim significat phrasi, qua utitur, quæ correspondet Hispanæ phrasi, qua ut Virum insignem in quacumque linea Hispani demonstramus, dicimus: *Es de los pocos*, siue in paucis, vel inter paucos annumerandus venit ) cum ipsemet Ambrosius vri Cordubensis testetur de visu huius Operis sub titulo nostri Fulgentij, quasi digito illum cum omnibus suis signis demonstrans, quomodo cum hoc tam firmo, & quantum potis est graui Testatore, ut ipsemet Nicolaus Antonius fatetur, dubitare de eo audet. Præsertim constando ex ipsemet titulo Operis nostri Fulgentij esse, in quo æquiocatio nulla interuenire poterat.

51 Ast dato, quod ex ipso Opere non constaret nostri Fulgentij esse, in Viro tam erudito nulli æquiocatiōni locus esse poterat, ut nostro Fulgentio adscriberet, quod Fulgentij Ruspensis esset.

Nam



Nam pro hoc sufficeret dedicatio *Scarilla Monacho Benedictino*, ut Fulgentio Ruspensi minimè adscribere Opus valeret. Quandoquidè S. Fulgentius Ruspensis, ut tradit Ven. Bellarminus, (10) obiit Anno Domini 529. *vite sue Anno 65.* & Ordo Benedictinus incepit ab Anno 524. ut videre est apud eundem. (11) Quod verò Guillelmus Camerinus, & Schottus Fulgentio Ruspensi hoc Opus cum suis quæstionibus ab Scarilla excitatis, & ad ipsum dicatum, tribuant, tam longè est, ut probet nostri Fulgentij non esse, quod potius nullum efficacius argumentum ad illud probandum adduci queit. Nam cum, nec Sanctus Isidorus ex antiquis, nec Ven. Bellarminus ex modernis, nec ullus alius ex Scriptoribus, qui de Operibus Fulgentij egerunt, illi hoc Opus cum his *quæstionibus ad Scarillam* adscribant: Et aliundè ex hoc solo, quod dicatum Scarilla Monacho Benedictino sit, contineatque responsiones ad quæstiones ab eo excitatas, excludatur quod Fulgentij Ruspensis esse queat: ex hoc ad evidentiam demonstratur, hoc Fulgentij Opus ab his Auctoribus, ultra illud quod Cordubæ extat, visum fuisse; quod cum Fulgentij Ruspensis, ex dictis, esse non valeat, necessariò Fulgentio Carthaginensi adscribendum venit.

Extat etiam aliud Opus Typis mandatum, cui titulus est *Mythologia Fulgentii Episcopi Carthaginensis*, ut Nicolaus Antonius ex Montano testatur (12) tribus Libris distributum. Et cum Fulgentius Ruspensis numquam fuerit Episcopus Carthagin. ut est certum, & optimè ait ipse Nicolaus n. 7. sed solùm Carthagine natus: & aliundè nec Bellarminus ex modernis, nec ullus ex Scriptoribus antiquis, qui de scriptis Fulgentij Ruspensis agunt, illi hoc Opus tribuant, Opus est ut fateamur nostri Fulgentij esse. Et licet Sigebertus, ut tradit Bollandus, dubitet, cuius Fulgentij sit, tamen ipse Bollandus ait: (13) *Potius inclinamus, ut Astigitano Antistiti adscribamus, quàm Ruspensi hos Libros.* Quos vidisse, & legisse tradit, & ex multis clausulis, in quibus loquitur de Gothis, & de excitato Bello in Gallia Narbonensi, & non obscure de Leonigildo, vel Recaredo &c. deducit nostri Fulgentij esse. Et concludit: *Denique præterquam quod stylo Ruspensis Fulgentii Opera, & hi Mythologiarum Libri plurimum differunt; Carthaginensis, Murciensis, aliarumque Hispaniæ Ecclesiarum traditione Fulgentio Leandri germano hos tribui, Virorum gravium Testimonio didicimus.* Et omittimus alia Opera Hæbraicè scripta, quæ extare refert Franciscus Padilla, (14)

Cum ergo de hoc opere ipse Bollandus hæc ex Sigeberto tradat: (15) *Dabitur Sigebertus, an horum Auctor librorum sit S. Fulgentius Ruspensis: Quod si, inquit, is, & ipse Fulgentius, qui tres libros Mythologiarum scripsit ad Catum Presbyterum Carthaginensem, hic certè omnis Lector expauescere potest acumen ingenij eius, qui totam fabularum seriem secundum Philosophiam*

(10)

Ven. Bellarminus  
de Scriptoribus Ec-  
clesiasticis, ubi de  
S. Fulgentio Ruspensi.

(11)

Idem in Chronolo-  
gia ad Annum 524.

(12)

Nicolaus Antonius  
ubi supra num. 7.

(13)

Bollandus in Vita  
S. Fulgentij num. 8.

(14)

Padilla Historia Ec-  
clesiast. Centur. 7:  
cap. 13.

(15)

Bollandus ibidem  
num. 7.



*expositarum, transtulerit, vel ad rerum ordinem, vel ad humanæ vitæ moralitatem.* Ex hoc omnia in hoc §. & antecedenti tradita confirmantur: eius nimirum sapientia, ac eruditio, peritiaque in varietate linguarum, qualis pro hoc opere exigebatur, & quod sicut hos elaboravit libros, ita & omnes relatos elaborare potuit, quod idem deduxisse ex hoc eruditissimo opere Bivarium tradit Nicolaus Antonius: ( 16 ) *Considerat ( ait ) ad hæc Bivarius hic versatus, tam Græcum libri nomen, quàm materiam eius indicare Artificem omnium linguarum, & consequenter Græcarum fabularum peritissimum.*

(16)  
Nicolaus Antonius  
ubi supra n. 24.

55 Et cum his omnibus accedat, quod Bollandus haud solum non dissentit ab eo quod Fulgentius fuerit eruditus in linguis Hebræa, Syriaca, Græca, & Latina; sed potius positivè consentit, quandoquidem solummodo dissentit à peritia linguæ Arabicæ, & Italicæ ( de qua Auctores etiam testantur ) ex rationibus, quas adducit. ( 17 ) Quòd si reliquarum linguarum peritiæ non assentiret, similiter exprimeret, vt in præfatione ad suum opus facturum se promittit in omnibus illis, quæ ex alijs Scriptoribus afferat. Et cum aliunde in hoc opere Mythologiarum consentiat, & quantum ad expositionem Psalmorum, & opus de Fide Incarnationis positivè illis assentiat, quandoquidem haud solum id non reprobatur, sed et Authores congerit in idipsum consentientes. ( 18 ) Et tandem expositiones novi, & veteris Testamenti haud solum non neget, verùm in ea inclinet, cum de eis dicat: ( 19 ) *Mirum est, ea opera non proferri in lucem, quorum alioquin quia antiquiorem neminem testem habemus, neque affirmata opinione nostra esse ea volumus, nec pro vanis prætermissa.* Ex hoc apparet, Bollandum pro vtraque clausula in Lectionibus contenta nobiscum esse.

(17)  
Bollandus in vita,  
S. Fulgentii cap. 1.  
in notis, litera G,  
& H.

(18)  
Idem dicto cap. 1. in  
notis, litera K.

(19)  
Idem initio vitæ §. 2  
n. 6.

56 Non urgente, quòd nec S. Isidorus, nec S. Ildephonsus, nec vllus alius ex Auctoribus, qui sequentibus sæculis de Scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, mentionem de operibus ullis Fulgentii nostri agant. Quod enim Isidorus, & Ildephonsus de operibus Fulgentii nihil dixerint, mirum non est, quando ex professo de hoc non egerunt, sed tantummodo aliquos ex Scriptoribus annotarunt, vt legenti patebit. Isidorus enim triginta trium Scriptorum ex Græcis, & Latinis tantummodo mentionem fecit, cum ad tempus vsque eiusdem Isidori Bellarminus 172. exponat. Et cum Osi Cardubensis, Chrysofomi, Gregorii Magni, Hilarii, Fulgentii Ruspensis, Paulini, & aliorum mentionem fecerit, omisit Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, & alios multos ex Hispanis Scriptoribus, ut S. Braulionem Cæsaraugustanum eius discipulum, Ildephonsum, Montanum Hispanum, & Aurelium Toletanum, de quibus S. Ildephonsus postea mentionem fecit. Unde cum inter tantos hos sibi notissimos omisisset, nihil mirum quòd & Fulgentium etiam omiserit. Præsertim quando in fine  
ejus

(18)  
Bollandus in vita  
S. Fulgentii n. 8.  
(19)  
Bollandus in vita  
S. Fulgentii n. 7.



ejus brevissimi tractatus hæc continentur: (20) *Isidorus scribit hunc librum usque ad annum 610*. Unde si Fulgentius post hos annos forsan scripsit, Isidorus de eius operibus mentionem facere minimè poterat.

(20)  
S. Isidorus de Scri-  
ptoribus Ecclesiast.  
in eius operibus pag.  
355.

57 Idem accidit S. Ildephonso, qui licet in prologo promississet scribere de omnibus, etiam à S. Isidoro omissis, ex eo, ut ait, quod ille decessit, quin opus suum completeret; & promississet etiam nonnulla addere de S. Gregorio, hoc tamen opus incæptum tantummodo reliquit, ita ut nec de S. Gregorio quicquam dixerit, ut ad marginem ipsius tractatus annotatur, neque alios nisi 13. Scriptores retulerit, ut legentibus omnia patebunt. (21) Unde ex his semicæptis tractatibus nihil deduci valet.

(21)  
S. Isidorus ubi pro-  
xime. Et in Hispania  
illustrata tom. 2.  
fol. 1. Ildephonus de  
Scriptoribus Eccle-  
siasticis. Extat in  
eodem tom. 2. Hispania  
illustrata, pag. 7.

58 Quod attinet ad reliquos, qui sequentibus sæculis ad hæc usque tempora de Scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, opus est meminisse ante transactum sæculum à dormitione Fulgentii accidisse crudelem illam irruptionem Maurorum in Hispaniam, quam cum per tot sæcula possedissent, haud solum ferè omnia scripta perierunt, verum et memoria apud exteros etiam Scriptorum periit. Unde nihil mirum, quod cum opera non repererint, de illis nihil egerint. Ex qua notabili circumstantia argumenta negativa, quæ semper parum probant, pro nostra Hispania prorsus nihil probare fateri debemus. Præsertim quando Auctores omittentes exteri sunt, ut accidit in omnibus, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, cum nostratum nullam nisi per scripta habere notitiam poterant.

#### §. IV.

59 Tertium quod R. P. D. Promotor Fidei opponit est in dictis Lectionibus legi Fulgentium fuisse relegatum à Leovigildo Rege, qui hæresim Arianam sequebatur. Et cum in hoc sicut in reliquis se remittat ad Nicolaum Antonium, præstò ejus verba sunt: (1) *Fateor me in hujus exilii causis, & historia plurimum semper hæsisse*. Observetur ratio hæsitationis: *Innuit quippe Sanctus vir Leander capite isto regulæ ultimo, matrem inde, unde exul abiit, causa salutis exiisse, in peregrinationeque Deum agnovisse. An quæ Ariana secta olim adhæserat in calamitate exilii errorem suam detestata est? Vix affirmare audeam.*

(1)  
Nicolaus Antonius  
ubi supra num. 3.

60 Porro admiratione dignum est in Hispano, quod ex motivo purè ficto haud solum de exilio hæsitaverit, sed, quod vix credi potest, etiam de matre quatuor tam insignium Sanctorum, si in hæresim Arianam inciderit, hæsitaverit, ex hoc solo, quod Leander dixisset matrem suam Dei voluntate causa salutis Carthagine exiisse. Ac si hoc esset fundamentum sufficiens ad interendum in hæresim Arianam forsan incidisse; quamvis postea in peregrinatione conversa fuisset, consequenterque suspicandum,



(10)  
-m2 ab autobi .2  
-m2 ab autobi .2  
-m2 ab autobi .2

ultroneum fuisse ejus exitum . Et quia utrumque ita connectit, quod impugnari dubium ejus de exilio, quod nobis opponitur, vix possit, quin in claris ponatur, qualis causa sui exitus fuisset . Primò demonstrabimus ob majorem etiam Fulgentii, & fratrum ejus gloriam, causam exitus minime fuisse, quam Nicolaus Antonius præsumit, ut postea ostendamus verè causa fidei tuendæ hanc accidisse Relegationem .

Nicolaus Antonius  
ubi supra . 171

61 Quàm alienum a veritate sit, à literaque, & mente Leandri, quàmque dissonum rationi, & pietati, de Matre quatuor tam insignium Sanctorum hoc vel suspicari, quòd in Arianam hæresim incidere ( quod nemo hucusque somniavit ) hancque sui exitus causam fuisse, non erit qui ambigat, si Leandri verba perpendit . Ait enim : ( 2 ) *Denique errorem meum ipse fateor, me communem Matrem sæpe allocutum, nosse cupiens, si vellet reverti ad patriam: illa autem, quæ se noverat Dei voluntate, causa inde salutis exiisse, sub divina obtestatione dicebat, nec velle se videre, nec umquam visuram illam patriam esse, & cum magnis dicebat fletibus; Peregrinatio me Deum fecit agnoscere; peregrina moriar, & ibi sepulchrum habeam, ubi Dei cognitionem accepi. Teste Jesu hoc in ejus experiisse desiderii memor sum, ut etiam si diu viveret, patriam illam non reviseret.*

(11)  
-m2 ab autobi .2  
-m2 ab autobi .2  
S. Leander in regula  
de institutione Vir-  
ginum ad Florenti-  
nam Sororem suam  
cap. ultimo . Extat  
in regulis Patrum  
collectis à Benedicto  
Ananiensi Abbate  
tomo 3. pag. 182.

62 Quis non videat sanctitatem Turturæ ( ita enim vocabatur ) ejusque cum divina voluntate conformitatem ex sola ista Leandri clausula : *illa autem, quæ se noverat Dei voluntate, causa inde salutis exiisse* ; Ex qua oppositum deduci Nicolaus Antonius præ- tendit . Quid enim aliud illa verba etiam grammaticaliter sumpta significant, nisi quòd Matrem suam Dei voluntate Carthagine exiisse noverat, ob bonum æternæ ejus salutis, causaque hujus ? Quis Sanctus, quæve Sancta se videns cum filiis, totaque familia exul à patria hanc eandem humilem confessionem non emitteret, dicens cum Psalmista Regio : ( 3 ) *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas . Et tibi : Tribulatio, & angustia invenerunt me, mandata tua meditatio mea est ?* Et quid aliud illa alia clausula : *Peregrinatio me Deum fecit agnosce- re, peregrina moriar, & ibi sepulchrum habeam, ubi Dei cognitio- nem accepi*, exprimit, nisi quòd in hoc exilio illud experta fuit, quod Sancti omnes in laboribus, & persecutionibus experiuntur, nimirum majorem Dei cognitionem, dicente Psalmista Re- gio : ( 4 ) *In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis . Memor fui Dei, & delectatus sum . Et dixi tunc cæpi hæc mutatio dexteræ excelsi ?* Nam, ut ait S. Gregorius : *Mala quæ nos premunt, ad Deum nos ire compellunt .* Liceret ex hac humili Psalmistæ confessione suspicari de illo, tunc Deum cognoscere cæpisse, & illius recordari, anteaque neque fidem habuisse, vel eam fortè idolatrando perdidisse; quando nec de transitu ab statu peccatoris ad statum gratiæ intelligi hæc verba debent ? Si enim

(3)  
Psalm. 72. vers. 71,  
& vers. 143. (1)

(4)  
Psalm. 76. versic. 3,  
4, 11;

hoc



hoc non liceret, qua licentia ex similibus clausulis Nicolaus Antonius suspicatur Turturem in hæresim Arianam incidisse, quando nisi temerè hoc etiam de mutatione ad statum gratiæ ex statu culpe intelligi nec debet, sed de minus perfecto ad perfectiorem, vel de tepido ad feruentiorem.

63 Præsertim quando in eodem capite habet Leandrum sic Sororem suam alloquentem: *Noli ab eo avolare nido, quem invenit Turtur, ubi reponat pullos suos. Simpliciter filia es, quæ Turture matre nata es. In eadem una persona complurium necessitudinum uteris officio. Turturem pro Matre respice, Turturem pro Magistra attende, & quæ te Christo quotidie affectibus generat, cariorem, quæ nata es, reputa Matrem: ab omni procella, ab omni mundano turbine in ejus te sinibus conde. Sit tibi suave ejus lateri adherere. Sit tibi dulce ejus gremium jam provectæ, quod erat infanti gratissimum. Credere enim debebat Nicolaus, nisi spiritu omnia in dubium vertendi ageretur, quod Sanctissimus vir Leander non ita Sororem suam alloqueretur de Matre recenter ad Fidem Catholicam conversa; aliis eam instrueret, & muniret regulis, nec illud proferret: *Sit tibi dulce ejus gremium jam provectæ, quod erat infanti gratissimum*: quomodo gratissimum Florentinæ infanti Virgini Sanctissimæ esse poterat gremium Matris hæresi Ariana pollutum, & infectum?*

64 Demonstrato iam motuum à Nicolao Antonio præsumptum (etsi verè non affirmatum) causam minime fuisse exitus Turturæ, sicut nec eius familiæ è Carthagine. Restat ut dubio de exilio, & eius causa satisfaciamus. De exilio sane dubitari non deberet, quando verbis tam disertis illud Leander exprimit, & miserum etiam statum in quo Civitas Carthagenensis, fere tota destructa, remansit, ut in eodem capite declarat, cuius verba n. 1. 1. dedimus. Sed quia causam non exprimit, antequam ad antiquos Scriptores, ad eam quærendam, occurramus, audiamus primo ex modernis Tamayum, Quintanadueñas, & Patrem Martinum de Roa de exilio, & de causa exilij attestantes. Tamayus enim ait: (5) *Leonigildum Regem Ariana hæresi infectum induxit protervia, ut Sanctum viram (loquitur de Fulgentio) nondum Episcopum, unà cum Leandro fratre, & aliis Catholicis Præsulibus, qui Principis Hermenegildi filii ut Catholici partem tenebant, exularet. Et idem tradunt ferè eisdem terminis Roa, & Quintanadueñas.* (6)

65 Et si hi ut moderni (adhuc auctoritate Leandri suffulti) Nicolao Antonio non sufficiunt; nec sufficit scire, quod mouente bello Hermenegildo in Patrem suum Leonigildum, quia eum amovere à Religione prætendebat, Severianus avus eius, Sanctissimique eius filij uti Catholici illum debebant adiuuare, & fouere: cui consequens erat contra se persecutionem Leonigildi incitare, ut eos haud solum relegaret, sed & Civitatem Carthagenensem,



(7)  
S. Isidorus in Chron.  
ad annum 5773. Et  
ad annum 5780.  
Extat in eius operi-  
bus pag. 273.

(8)  
Idem de Scri-  
ptoribus Ecclesiasti-  
cis cap. 28. Extat in  
eius operibus pagi-  
na 357.

(9)  
Lucas Tudensis in  
Chron. era 610. Ex-  
tat in 4. tomo His-  
pan. illustrata pa-  
gina 49.

(10)  
Gregorius Tura-  
nensis historia Fran-  
corum lib. 5. cap. 38.  
Mariana historia  
Hispania lib. 6.  
cap. 7.

(11)  
Martyrolog. His-  
panum 18. Kalen-  
das Februarij pagi-  
na 153.

(12)  
Bollandus in vita  
S. Fulgentij initio  
§. 2. num. 10.

cuius Dominus erat; omniaque eius bona destrueret. Si, inquam, hæc omnia, quæ se oculis obijciunt, & pro causa considerare debebat, ei non sufficiunt, audiat S. Isidorum, & Lucam Tudensem, qui nonnulla tradunt, ex quibus vtrumque satis dignosci valet. Ait enim Isidorus: (7) *Hac tempestate Leouigildus Rex Gothorum quasdam Hispania regiones sibi rebelles in potestatem sui Regni, superando redegit. Erat enim rebellio sancta, vtpotè pro Religione in adiutorium Hermenegildi, qui bellum patri suo pro fide tuenda, à qua eum amouere prætendebat, iudixerat, vt numero sequenti satis innuit, dum ait: Gothi per Hermenegildum Leouigildi Regis filium bisarie diuisi mutua cæde vastantur. Vbi exprimit exilium, & illius causam; Et licèt non exprimat signanter exilium Sanctorum, totiusque eius familiæ, illud tamen sufficienter S. Doctor declarat, quando de Leandro agens, ait: (8) *Hic namque in exilij sui peregrinatione composuit aduersus hæreticorum dogmata libros eruditione Sanctorum Scripturarum ditissimos, Præterea edidit vnum ad Florentinam Sororem de institutione Virginum. Vbi & exilium declarat, & regulam in eo scriptam, in qua de sui, & Fulgentij, omniumque suorum relegatione, vt vidimus, Leander agit.**

66 Similiter Lucas Tudensis: (9) *Leonigildus Theodosiam filiam Severiani Ducis Carthaginensis, filij Regis Theodorici, duxit uxorem. Ex qua Hermenegildum, & Recaredum filios suscepit; Hermenegildum deinde filium, Imperio suo resistentem, quem Christiani Regem sibi præfecerant, obsessum Hispani, dolo cepit. Denique Ariana perfidie furore repletus in Catholicos persecuti-  
one comnata, plurimos Episcopos exilio relegauit, Ecclesiarum redditus, & priuilegia tulit. Exitit autem, & quibusdam suorum perniciosus. Nam quoscumque nobilissimos, & potentissimos viros aut capite truncauit, aut opibus ablatiis proscripsit, & proscriptos in exilium misit. Obseruentur illa verba, quibusdam suorum perniciosus Quibus & consonat Gregorius Turonensis, & Mariana. (10)*

67 Ex quo dubium nullum de Fulgentij exilio remanere debet, sicut nec de illius causa; Itaque vtrumque exprimit Martyrologium Hispanum, dicens: (11) *Variè profide exulatus. Et vtrumque plane fatetur Bollandus, dum de Fulgentio ait: (12) Exilium pro fide sub Leouigildo sororio perpeffus. Ex quibus omnibus satis superque satisfacta manet animaduersio, cui occasionem de-  
dit scrupulus Nicolai Antonij.*

68 Quartum quod R. D. Promotor Fidei animaduertit, est in dictis lectionibus legi: *Fuisse Episcopum Carthaginensem crea-  
tum.*



In quo pariter ad Nicolaum Antonium se remittit, dum ille de hoc dubitans num. 9. ait: Cum itaque Fulgentius Hispanus non alio quam Astigitani Episcopi appelletur ubique nomine, vero est similis huius solius Ecclesie Praesulem fuisse.

69 Sed quam immerito hoc dixit, satis ex sequentibus patebit. Nam in primis omnia antiqua Breuiaria Hispana eum Episcopum Carthaginensem tradunt, teste Buario, & Quintanadueñas. (1) Rursus Maximus S. Fulgentij contemporaneus in Chronico ad annum 592. de hoc testatur dum ait: (2) Fulgentius Leandri Episcopi Hispalensis frater succedit S. Dominico Carthaginensi Spartaria Episcopo. Et ad annum 603: Fulgentius ex Carthaginensi fit Episcopus Astigitanus, ut seditio orta sedaretur. Et ad annum 605: Fulgentio succedit in Sede Carthaginensi Vincentius. Et idem tradit S. Ildephonsus in carminibus laudatis num. 14. ubi fatetur Ciuitatem Carthaginensem meruisse habere Patrem, quem genuerat filium, adhuc & Ciuitatem Astigitanam meruisse eundem habere in Praelatum. Et hoc est adeo certum, vt in dubium vocari non valeat.

70 Et licet solum Maximi, & Ildephonsi testimonium sufficeret, vt de hoc dubitari minime posset; alia innumera adhuc afferemus. In primis Martyrologium Hispanum hæc tradit: (3) S. Fulgentius &c. Episcopus primo Carthaginensis, post Astigitanus, & iterum Carthaginensis &c. Deinde Primus Cabilonensis Episcopus qui per annos 1450. scripsit, ait: (4) Fulgentius primum Astigitanus, deinde Carthaginensis Ecclesie Episcopus. Quem & citat Nicolaus Antonius dicens num. 22. & floruisse d. anno 1450. & fuisse primum qui Fulgentium Episcopum Carthaginensem vocauit. In quo certe æquiocationem passus fuit, vt ex proxime dictis constat. Et idem tradit Martyrologium Maurolitij, quod postquam die prima Ianuarij dixerit: (5) In Africa B. Fulgentij Ecclesie Ruspensis Episcopi &c. addit: Fuit & alius Fulgentius Carthaginensis noua Episcopus, & Leandri, ac Isidori Pontificum Hispalensium frater.

71 Ferrarius similiter ait: (6) Carthagine in Hispania S. Fulgentij Episcopi, & Patroni: Et in notis ad dictam diem addit: Ex tabulis Ecclesie Carthaginensis ipsum maxime ibi præcipuum veneratur Patronum cum Octaua. De eo Joannes Marieta lib. de SS. Hispania die 8. Ianuarij, cuius corpus Marcia, teste eodem, extat. Et Lucius Marinæus Siculus, qui licet de Fulgentio agat sub titulo S. Fulgentij Astigitani ait: (7) Fulgentius Astigitano Episcopatu, deinde Carthaginensi præfuit, qui quantum in utroque fructum fecerit &c.

72 Franciscus Tarafa: (8) Fulgentius Florentina Virginis, aliorumque frater per hæc tempora primo Astigitano Episcopatu, deinde Carthaginensi præfuit. Arianos omnes cum vir esset eruditissimus miris

(9)  
Vetus in Chronico  
cap. 201. Extat in  
pag. 270.

(1)  
Buarus ad Maximum in  
Chron. ad annum 559  
nu. 91. pag. 451.  
Quintanadueñas in vita  
S. Fulgentij apud Bollandum  
die 14. Ianuarij  
cap. 4.

(2) (1)  
Maximus in Chron. ad annum  
592. Extat ad calcem  
tom. 2. Bibliotheca veteris  
Hispanie Nicolai Antonij  
pag. 284.

(3)  
Martyrolog. Hispanum  
18. Kalendas Februarij.

(4)  
Primus Episcopus Cabilonensis in Topographia  
verbo Carthago Nova. Videri  
potest in appendice  
Martyrology Maurolitij  
Venetijs impressi an. 1568.  
pag. 90.

(5)  
Maurolitius in Martyrologio  
Venetijs impresso anno  
1568. pag. 1.

(6)  
Ferrarius in Catalogo generali  
SS. qui in Martyrologio non  
sunt ad diem 17. Ianuarij.

(7)  
Lucius Marinæus Siculus de rebus  
Hispan. lib. 5. titulo de S. Fulgentio  
Astigitano. Extat in Hispania  
illustrata tom. 1. pag. 335.

(8)  
Tarafa de Regibus Hispan. ubi de Rege Luyba ad annum  
591. Extat in Hispania  
illustrata tom. 1. pag. 543.



*viris operibus suis fortiter oppressit. Ioannes Vascus: (9) Severianus Theodorici Ostrogothorum, & Italia Regis, &c. Suscepit hos filios. S. Leandrum, & S. Isidorum, Archiepiscopos Hispalenses, S. Fulgentium Episcopum, primum Astigitanum, deinde Carthaginensem.*

(9)  
Vascus in Chronico ad ann. 567. Extat ibidem pag. 675.

(10)  
Buaris ad Maxim in Chron. ad ann. 559. n. 91. pag. 452.

Buaris (10) Fulgentius Sanctissimus Episcopus Astigitanus frater Sanctorum Leandri, & Isidori, &c. Astigitanam primum, deinde etiam Carthaginensem Ecclesiam 24. annis prudentissime gubernavit, Garibai: (11) S. Fulgentius Episcopus primum Astigitanae, deinde Carthaginensis Ecclesiae.

(11)  
Garibai lib. 8. compendij historiae Hispaniae cap. 24.

(12)  
Ægidius Gonzalez Davila in theatro Ecclesiarum Castellae de Ecclesia Carthaginen. tom. 1. fol. 306.

Magister Ægidius Gonzalez: (12) Sanctus Fulgentius Episcopus primum Astigitanus, postea Carthaginensis. Insignis Coronae Gothicae Scriptor Saavedra: (13) Sanctus Fulgentius prius Episcopus Astigitanus, Carthaginensis Ecclesiae deinde fuit. Paulus Espinosa: (14) Sanctus Fulgentius praesuit Astigitanae Ecclesiae, deinde Carthaginensi.

(13)  
Saavedra Corona Gothica ad ann. 585. cap. 14. p. 117.

(14)  
Paulus Spinosa de Hispalis antiquitatibus cap. 20.

Luitprandus (15) Sanctus Fulgentius bis fuit Episcopus Carthaginensis, inde translatus Astigim, & postremo Carthaginem, ubi paucos annos, duos videlicet vixit in hoc Episcopatu. Iulianus Perez: (16) Sanctus Lucianus Episcopus Carthaginensis natus praecessit in Sede Dominicum, & Fulgentium bis Episcopum Carthaginis.

(15)  
Luitprandus in aduersarijs impressionis Antuerpiae pag. 498. n. 240.

(16)  
Iulianus in Chron. cum eiusdem aduersarijs n. 562. pag. 130.

Ioannes Tamayus: (17) Anno 591. statim sequenti Dominicus e vivis sublatus est. Quo mortuo, Fulgentius Carthaginensis Episcopus confirmatur. At post anno 600. cum apud Astigim quaedam exoriretur seditio, non absque illius Urbis Praelati interuentu, ut haec sedaretur, translatus fuit Sanctus Fulgentius ex Episcopatu Carthaginis ad Cathedralem Astigitanam. Et infra non longe à fine S. Tertio inter nostros, postquam dixisset concordi traditione Episcopum Carthaginensem fuisse ait: Quin potius bis Sedem Carthaginensem rexisse est perspicuum. Et laudat Maximum, Luitprandum, & Iulianum eorum verba exponens, & concludit: Cui se subscribunt moderniores Rodericus Caro, Spinosa, Roa, Quintanadueñas, & alij. Et affert etiam in comprobationem quaedam carmina reperta in manuscripto quodam antiquo, quae in hunc modum se habent:

(17)  
Tamayus in Martyrologio Hispano die 15. Ianuarij tomo 1. fol. 156.

*Igitur & noster Fulgentius Astigis Urbis Ecclesiam rexit, Pastor amicus oui.*

*Viderat & prius ipsum iam Carthaginis Orbis Temporibus binis pascere recte Sedem.*

(18)  
Quintanadueñas in vita S. Eulgentij cap. 4. apud Bollandum.

Proxime laudatus Quintanadueñas: (18) Fuisse prius Carthagine Episcopum asserit Episcopus Cabilonensis, Marineus Siculus, Tarafa, Vascus, Laurentius Padilla, Æmilianus, Breuiarium Hispalense editum anno 1510., & 1531. certaue ea habetur tra-



traditio. At prius Astigi sedisse contendit P. Roa, alijque. Maximus Fulgentij ferè aequalis priorem sententiam confirmat an. 598. Fulgentius ex Carthaginensi Episcopo Hispania, sit Episcopus Astigitanus in Bætica, ut seditio exorta ex Præsule sedaretur. Arbitror ab alijs prius Astigitanae Ecclesiae tradi præfuisse, quòd Carthagine obierit, cum ante Astigitanus fuisset Episcopus, aut fortassis quia reuerà secundò Carthaginensis Episcopus factus, uti tradit Iulianus aduers. num. 563. Sanctus Lucianus, inquit, præcessit in Sede Dominicum, & Fulgentium bis Episcopum Carthaginis. Idemque repetit num. 570., & 571.

78 Et tandem Bollandus, ( ut omnia eius attestations firmemus ) vitam S. Fulgentij exponens, de ea sub hoc titulo agit : (19) De S. Fulgentio Episcopo Astigitano, & Carthaginensi. Et in vita S. Leandri ait : (20) S. Fulgentius Episcopus Astigitanus, & Carthaginensis, cuius vitam dedimus die 14. Ianuarij. Quibus accedit indubitata totius Hispaniæ fides, omniumque Ecclesiarum, ut luculentissimè constat ex literis Capitulorum illius Regni; omnia enim ore vno Episcopum Carthaginensem Sanctum Fulgentium appellant, ut ex ipsis epistolis, quæ tradita sunt Eminentiissimo Ponenti constat. Ex quibus omnibus manifestissimè liquet in dubium sine temeritate verti non posse Episcopum Carthaginensem nostrum Fulgentium fuisse. Quidquid sit de dupliciter obtento Carthaginensi Episcopatu, de quo est dubium, quod etsi probabilissimum sit, constetque ex attestationse Maximi, qui eiusdem temporis fuit, cum ad rem non faciat, lectiõnibus id non inserimus, etiamsi in Breuarijs Hispanis ita inueniatur, nè vel minimus scrupulus excitari valeat.

79 Nec vrget ratio dubitandi Nicolai Antonij, ex eo quod ( ut ad marginem num. 9. obseruat ) in Concilijs Toletanis numquam legitur Fulgentius, ut Episcopus Carthaginensis subscribens, sed, ut Astigitanus, & quia, nec S. Braulio, nec Lucas Tudensis, nec Rodericus Archiepiscopus Toletanus eum Carthaginensem appellant, sed Astigitanum. Nam infirmissima est ad dubium formandum. Nam, quod attinet ad Concilia Toletana mirum est, quod Nicolaus Antonius vir verè eruditus præfens non habuerit, quod Episcopi Carthaginenses Concilijs Toletanis non assidebant, itaque cum 18. Concilia Toletana, & quidem Nationalia fuerint celebrata, in nullo Episcopos Carthaginenses subscripsisse inuenietur ob grauissimam litem, quæ inter Episcopos Toletanos, & Episcopos Carthaginenses super Primatu erat, de qua controuersia mentio fit in Synodo particulari Toletana celebrata anno 610., inter Nationalia Concilia non numerata, assidente Gundemaro Rege, adhuc, & Fulgentio Episcopo Astigitano, quæ controuersia etsi ibi fuisset decisa favore Archiepiscopi Toletani (21) Episcopi tamen Carthaginenses non acquieuerunt. Vndè nil mirum, quod Fulgentius, dum

(19)

Bollandus in vita  
S. Fulgentii die 14.  
Ianuarii.

(20)

Idem in vita San-  
cti Leandri die 13.  
Martii.

(21)

Synodus Toletan.  
tempore Gunde-  
mari, Extat tom. 2.  
Concil. Card. Aguir  
re pag. 433.



dùm Episcopus Carthaginensis fuit, nullo ex Concilijs Toletanis subscripsisset. Ultràquàmquod etsi hoc non ita fuisset, inefficacissimum argumentum esset ad probandum non fuisse Episcopum Carthaginensem, quatenus, vt talis Concilijs Toletanis non assedit, quandoquidem ex hoc solummodò probatur, quod Episcopus Carthaginensis non erat, sed Astigitanus, quando illis assidebat, itaque, vt talis subscribebat. Nèc vllum fuit Concilium Toletanum celebratum post illud, in quo de Primatu actum fuit, nisi Toletanum IV. ann. 633., quando forsàn è viuis iam erat Fulgentius sublatus. Vnde etiã ex hoc capite corrueret argumentũ.

80 Quod attinet ad S. Braulionem ultràquàmquod sufficit, quod Maximus, & S. Ildephonsus eum Episcopum Carthaginensem, vt vidimus, appellent: cum S. Braulio viuente Fulgentio scripserit, & solummodò eum nominauerit, quando retulit libros officiorum, quos S. Isidorus illi dicauerat, forsàn quando hoc scripsit, in Episcopatu Astigitano, adhuc erat, itaque non nisi Episcopum Astigitanum vocare poterat. Quod attinet ad Lucam Tudensem, & Rodericum Toletanum, quatenus Fulgentium Astigitanum Episcopum nominant, & non Carthaginensem, cum vtrumque Episcopatum Fulgentius habuisset, & possent sub vno, vel altero de illo loqui; sicut non probaret, Astigitanum non fuisse, Carthaginensem eum vocare, ita similiter non probat Carthaginensem non fuisse, quia Astigitanum vocarunt. Præsertim quando ad illum sub titulo Episcopi Astigitani nominandi, duplex hoc motiuum concurrebat, alterum nè vocando eum Carthaginensem, æquiocaretur cum altero Fulgentio Ruspensi Episcopo, qui cum natiuitate Carthaginensis esset, non ignorabant, quod sub hoc nomine solebat vocari. Alterum verò, quod Fulgentius forsàn magis notus erat titulo Astigitanæ Ecclesiæ, eo quod eam pluribus longè annis, quam Carthaginensem ministrauisset. Itaque nonnulli ex AA. citatis, qui testantur, Episcopum Carthaginensem fuisse, Astigitanum (cum de eo agunt) vocant, vt in Biuario num. 73. vidimus, & Marinæo Siculo num. 71., & Saauedra frequenter eum Episcopum Astigitanum vocat, cum tamen, vt vidimus num. 74. Carthaginensem fuisse dicat. Et S. Isidorus neque Astigitanum, neque Carthaginensem vocat, sed solummodò Episcopum, cum tamen in duobus locis agat de illo, quorum vnus est laudatus num. 31. alter quando ei dedicauit libros officiorum: solummodò enim dicit in titulo dedicatorio: *Domino meo, & Dei seruo Fulgentio Episcopo Isidorus Episcopus.*

81 Nihil enim refert, quod in habente duos titulos, sub quibus nominari valet, vnus hoc, & alter illo eum vocet, vnus vtrumque exprimat, aliud neutrum, sicut nec facit, quod ex Scriptoribus alij eiusdem temporis id omittant, quod scripserunt alij, vel breuiter rem solummodò innuendo exprimant, quod alij ad longum



gum declarant, vt dubiam rem esse, vel non ita, vt refertur accidisse; inde inferre liceat. Nam, vt S. Augustinus ait: (22)

*Quis umquam duos historicos legens de una re scribentes, utrumque, vel utrumlibet eorum, aut fallere, aut falli arbitratus est, si unus eorum dixerit, quod alter prætermisit? Aut si alter aliquid breuius complexus est, eandem tamen sententiam saluam, integramque custodiens, alter autem tanquam membratim cuncta digessit, ut non solum, quod factum sit, verum etiam quemadmodum factum sit exprimens.*

( 22 )  
D. Augustin. contra Faustum lib. 33. cap. 7.

§. VI.

82 Tertio exquirendum esse ait R. P. D. Fidei-Promotor; *An extensio fieri possit ad vniuersam Hispaniam*, Et quasi rationem dubitandi afferens, hæc exponit: *In eo quod spectat ad præsentem inspectionem, duo videntur adnotanda; alterum quod S. Fulgentij Astigitani Episcopi nomen non est descriptum in Martyrologio Romano; alterum quod currente defectu descriptionis nominis in dicto Martyrologio, non videtur, quod conueniat officium S. Fulgentij extendere ad vniuersam Hispaniam.*

83 Sanè, quod in Martyrologio Romano descriptus S. Fulgentius non veniat, obesse nequit, vt officium pro vniuersa Hispania concedi non possit, vt vel ipsemet R. D. Promotor ex Bulla Gregorij XIII. fatetur: quandoquidem dicente Romano Pontifice initio Martyrologij Romani: *Si quos alios habuerint Sanctos in suis Ecclesijs, aut locis celebrari solitos, illos in hunc librum ne inferant, sed separatim descriptos habeant, eumque illis locum, atque ordinem tribuant, qui regulis hic descriptis traditur.* Dubitari minimè potest, nihil obstare, in Martyrologio Sanctos non esse descriptos, vt de illis recitari, & cum officio proprio, etiam in integris Regnis, valeat; cum nulla circa hoc limitatio in Bulla inueniatur; Aliter innumeri essent Sancti, de quibus recitari non posset, cum innumeri sint, qui Martyrologio non sunt adscripti. Itaque ad hunc finem Bollandus ex Baronio hæc tradit: (1) *Neque enim in moderno Romanae Ecclesie Martyrologio, vt fatetur Baronius lib. 8. libelli de Martyrologijs, omnium inscripta Sanctorum nomina sunt, nec vsquam in vno aliquo. Rectè enim Molanus abyssum quandam censet futuram, si quis de omnibus Sanctis, vel breuiter loqui voluerit.*

( 1 )  
Bollandus in præfatione ad Acta SS. cap. 5. §. 2. post medium.

84 Et hæc est praxis passim in Regnis Catholicis obseruata, quod ex concessione Sanctæ Sedis, Sanctis in Martyrologio non descriptis, Officium proprium in toto Regno recitandum concedatur; de quo omissis aliorum Regnorum exemplis, in Hispania sequentia inueniuntur, quæ Eminentissimo Ponenti sunt exposita. *Sanctus Rudesindus Episcopus Mindonensis* in Martyrologio Romano non inuenitur, & tamen pro vniuersa Hispania officium fuit illi sub ritu duplici à S. Sede concessum, de eoque *die prima Mar-*



*S. Liberata*

*est in Martyrologio Romano.  
sub nomine S. Fulgentij.  
in die 20 Julij  
vix officij S. Fulgentij  
pamej.*

( 30 )

*Martij recitatur. S. Liberata Hispana, Ecclesia Seguntina Patrona* non extat in Martyrologio Romano, & tamen concessum fuit à Sancta Sede, vt eius Officium proprium sub ritu secundæ Classis in vniuersa Hispania celebraretur, vti *die vigesima Julij* celebratur, *S. Petrus Oxomensis Episcopus*, nec in Martyrologio est, & tamen concessum fuit illi à S. Sede Officium proprium, vt sub ritu duplici in vniuersa Hispania celebraretur, vti *die 2. Augusti* celebratur. Vnde hanc animaduersionem minimè obstare satis clarè videtur.

85 Præsertim quando hæc non potest reputari extensio, sed proprius renouatio, & continuatio Officij, quo in tota Hispania, ante Bullam Sancti Pij V. Sanctus Fulgentius colebatur, Læctionibus antiquis modò mutatis, & renouatis, Nam in omnibus Hispanis Ecclesijs ante Bullam S. Pij V., quæ initio Breuiarij Romani inuenitur, ab immemorabili tempore celebrabatur cum Officio proprio, vt initio diximus, qua publicata, cū in ea grauissime inhiberetur alijs Officijs, & Breuiarijs vti, quàm Romano ab ipso S. Pio V. correcto, omnia Breuiaria Hispana fuerunt statim dimissa: & religiositate tanta iuxta laudabilissimum morem illius Regni, quod etiam cum illis recitatio Sanctorum, qui ab immemorabili celebrabantur, fuit æquè dimissa; Cum tamen hoc in Bulla S. Pij V. non inhiberetur. Exceptis illis Ecclesijs, quæ, vel vt Patronos, Sanctos colebant, vel Episcopos proprios habuerant, vel vt in eadem Ciuitate natos venerabantur, quæ à recitatione Officij non obtinuerunt, de communi tamen illud fumentes, ( vt accidit Ecclesiæ Carthaginensi, & Placentinæ, in quibus Fulgentius; vt principalis Patronus celebrabatur, ) vsquedum cum tempore benignitate, & gratia S. Sedis aliqua propria sunt concessa, & iterum ad Hispaniam totam extensa, vt præter relatos, & alios accidit SS. Isidoro, Ildephonso, & Leandro.

86 Quartum quod exquirendum venit, vt R. D. Promotor Fidei ait, est: *An idem Sanctus coli possit cum Octaua*. In quo dubio cum distinctione procedit, itaut si Octaua pro vniuersa Hispania prætendatur, locum habere minimè debeat; cum nec S. Isidoro, nec S. Leandro Fulgentij fratribus concessa fuerit. Si verò pro Diocæsi, quæ illum vt Patronum habent, ostendi debeat, Patronos principales illarum esse. Cum ergo Ecclesia Carthaginensis Octauam pro vniuersa Hispania non prætendat, sed pro propria tantummodo Diocæsi, quæ, vt Principalem Patronum Fulgentium habet, & semper habuit, quemque, vt talem sub ritu primæ classis cum Octaua ab immemorabili tempore celebrauit, & celebrat, vt constat ex Actis coram Eminentissimo Ponente præsentatis ( quod certè iuxta ritus Ecclesiæ procedit ) hinc apparet continuationi nil opponi posse. Sicut nec prætensioni eiusdem ritus primæ classis cum officio proprio, & Octaua ab Ecclesia Placentina denuò

( 1 )  
Bollandus in p. 2.  
Lectio de S. Fulgentio.  
cap. 2. §. 2. p. 111.  
m. 111.



denuò introductæ, quæ, vt ex eius epistola (quæ in *Summario* n. 1. *litt. B.* habetur) apparet, Sanctissimo Domino Nostro exponit, S. Fulgentium vti Principalem Patronum in tota Diœcesi venerari, eiusque festum officio sub ritu primæ classis cum Octaua singulis annis in ea celebrari; (quod de iure etiam procedit) & licet documenta expositionem demonstrantia non ostendat, adest tamen testimonium Quintanadueñas, qui de eo testatur, dum ait; (2) *Primæ classis solemnitas cum Octaua ei vt Patrono Carthagine, & Placentiæ exhibetur. Quod & tegerunt Nicolaus Antonius, & Bollandus, qui de Octaua etiam mentionem facit, (3)*

### §. VII.

87 Ultimò exquirendum venire ait R. D. Promotor Fidei; *An Officium concedi valeat sub titulo, & qualitate Doctoris*, Pro cuius denegatione multa pro munere suo adimplendo opponit. Sed antequam ad eorum satisfactionem deueniamus, operæ pretium duximus, non nulla de meritis S. Fulgentij exponere, vt hoc honore, quo in Hispanijs gaudet, & per vndecim sæcula gauisus fuit, priuari non valeat.

88 Abundantissimè equidem in toto §. 2. demonstrauimus, quanta fuerit sapientia, & eruditio S. Fulgentij, non solum ex SS. Isidoro, & Ildephonso, Luca Tudensi, Roderico Archiepiscopo Toletano, Manuscriptis antiquis Toletanis à Papebrochio maximoperè laudatis, & Breuarijs omnibus Hispanis, vt vidimus à n. 31. vsque ad 34. sed etiam ex cunctis omnium Regnorum Scriptoribus, Martyrologijs, omnibusque Hispanis, & exteris Historicis, ex quibus demonstrauimus, quanta fuerit Fulgentij peritia in varietate linguarum, præsertim Græca, Hebræa, Syra, & Latina, quantaque Opera, & Commentaria in nouum, & vetus Testamentum ediderit, vt vidimus à num. 36. vsque ad 54. Ast licet hæc existimari sufficientia possent, vt pro Hispania titulus Doctoris ei non denegaretur; Potiori titulo id existimabitur, alia multa expendendo, quibus non solum omnia exposita amplius firmabuntur, verum etiam elucescet clarius, quàm meritò Fulgentius per omnia tempora titulo Doctoris gauisus fuerit, & gaudeat.

89 Afferemus in medium omnia omnium temporum testimonia, in quibus iam sub formali titulo Doctoris, iam sub æquiualehti fuit semper laudatus, & nominatus. Primò enim à S. Ildephonso hoc titulo bis honoratus fuit, vt vidimus num. 14. ibi; *Erudis exemplo Doctor, & eloquio &c.* Et num. 23. ibi; *Doctoris Fulgentij horum fratrum socij &c.* Et à S. Isidoro sub æquiualehti, vt num. 22. ibi; *Fulgentius Episcopus in confessione Dei, & scientia claruit.*

(2) Quintanadueñas in vita S. Fulgentij apud Bollandum cap. 3.

(3) Nicolaus Antonius vbi sup. n. 29. Bollandus in vita S. Fulgentij §. 1. num. 1.



90 Secundò in Concilio Toletano XV. celebrato anno 688. vbi Præsidente S. Iuliano Archiepiscopo Toletano, LXI. Episcopi ex Hispanis, & Gallis, & XI. Abbates adfuerunt, dum ageretur de explicatione quorundam capitum libri de tribus substantijs, (de Christo Domino Nostro loquendo) ab eodem S. Iuliano conscripto, hoc eodem titulo Doctoris fuit honoratus, & vnà cum Ambrosio mirificè à Patribus laudatus, in hoc Elogium prorumpendo: (1) *Tertium sanè quartumque Capitulum contuentes, non solum sensum, sed & ipsa penè verba ex libris Beatorum Ambrosij, atque Fulgentij nos prælibasse monstrauimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto Orbe Doctores, feruata Ecclesiarum Dei vota percenseant, non illis est succensendum, sed potius succumbendum: quia omne quod contra illos sapitur, à rectæ fidei regula abhorrere sentitur. Vbi Patres huius Concilij non solum testantur de operibus S. Fulgentij, dum dicunt ex libris Beatorum Ambrosij, atque Fulgentij, ex quibus testimonia, quæ non exprimunt, sumpserunt, sed quanti apud eos eius doctrina habebatur, quando celebrem Doctorem appellant. Et credere debemus in eo quod attinet ad Fulgentium, librum, ad quem Concilium se remittit, esse illum, in quo de fide Incarnationis agit.*

( 1 )  
Conciliū Toletan.  
XV. num. 26. Ex-  
tat tomo 2. colle-  
ctio. Card. de  
Aguirre pag. 725.

91 Quod optimè ponderat eruditissimus, fidissimusque Sanctorum Hispanorum Auctor Ioannes Tamayus, dum ait: (2) *Sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus, qui in XV. Concilio illius Urbis coadunato . . . . Cum de aliquibus propositionibus, quas Apologeticè ad Benedictum Pont. Max. pro defensione Sextæ Synodi scripserat, rationem redderet, in earum fauorem nonnullas Sanctorum Ambrosij, & Fulgentij nostri doctrinas inseruit, affirmans earum sententiam non solum ab ipsis Sanctissimis Doctoribus sumpsisse, imò illorum verba mutasse. Et exprimit supra allata Concilij verba. Et addit: Nobile proculdubio hoc fuit priuilegium, ut non solum à S. Iuliano Doctoratus nomine insigniretur, sed quod plus est, æqualem cum Ambrosio auctoritatem in Ecclesia percipere fassus sit. Et ferè eisdem terminis eandem ponderationem facit P. Martinus de Roa. (3)*

( 2 )  
Tamayus in Mar-  
tyrologia Hispano  
de S. Fulgentio tom.  
1. fol. 155. initio.

( 3 )  
P. Martinus de  
Roa de SS. Astigi-  
tanis de S. Fulgen-  
tiali libro 5. cap. 5.  
fol. 91.

( 4 )  
P. Quintanadue-  
nas in vita S. Ful-  
gentij cap. 1. apud  
Bollandum.

( 5 )  
Iulianus Perez in  
Chronicon cum ad-  
uersariis num. 310.

( 6 )  
Nicolaus Anto-  
nius dicto lib. 5.  
cap. 1. num. 21.

92 Et P. Quintanadueñas ex eisdem verbis hæc similiter deducit: (4) *Ab his, alijsque præclaris operibus, habitisque ad populum de fide Catholica sermonibus, cognomen adeptus est Doctoris illustris, & celebris in toto Orbe, quo illum citat S. Iulianus in Concilio Toletano XV. Et similiter procedit Iulianus Perez. (5)*

93 Tertio in antiquo Breuiario Ecclesiæ Conchensis in festo Purificationis B. M. Virginis in quarta lectione teste Nicolao Antonio hæc habentur: (6) *Exurgat in medio Doctorum egregius Fulgentius, & dicat: Quid autem putas, qualis enim fuerat, vel nunc sit ista persona, quæ Sanctis omnibus proponitur imitanda? Hoc autem instruere fas est, quod anima eius, & caro, quam de-*  
legit,



legit, & habitaculum sibi fecit Sapientia Dei Patris ab omni malitia, & immunditia fuerit purissima &c. Ex quo testimonio non solum firmatur veritas, & existentia operum S. Fulgentij; sed et titulus Doctoris egregij, quo nominabatur, & nominatur.

94 Quartò Lucas Tudensis, qui initio sæculi XIII. scripsit, eum titulo Doctoris cum Isidoro, & Leandro æquat, ut vidimus n. 31. ibi = *Isidorus tam etymologijs, quàm rerum naturis differendis, scientiarum, & linguarum varietate inter Doctores obtinet Principatum. Et infra = Gloriosissimos etiam Doctores Leandro, Fulgentium &c. Et eodem n. 31. Fulgentius Astigitanus in nostro dogmate claruit. Cui adiungimus Rodericum Toletanum illo antiquiorem, qui terminis æquivalentibus idem testatur, ut vidimus num. 33. ibi = Fulgentium Astigitanum, qui in doctrina Ecclesiastica fulgebat insignis.*

95 Quintò laudata antiqua scriptura Toletana, quæ Papebrochius in vita S. Isidori laudat, & sequitur, etiam Doctorem vocant, ut vidimus n. 31. ibi = *Fulgentius qui fulgore Sanctarum Scripturarum, & operum vniuersalem irradiavit Ecclesiam, Almus Doctor, & Presul clarissimus.* Ex quo et eius scripta comprobantur, & titulus etiam Doctoris ampliùs firmatur. Cui adiungere possumus aliud antiquissimum sæculi IX. testimonium, quod affert Nicolaus Antonius, ex quo deducitur nostrum Fulgentium ob eius eximiam doctrinam secundum post Fulgentium Ruspensem fuisse appellatum. Ait enim: (7) *Walafredus Strabo sæculi IX. Scriptor literas dedit metricas ad Gotteschalcum Monachum, quæ leguntur in editione Colonensi Bibliothecæ veterum Patrum tom. 9. col. 999. ubi eum alterum vocat Fulgentium secundum.*

96 Sextò Breuiaria omnia Hispana, in Officio S. Fulgentij vniformiter (ut ex AA. n. 38. laudatis vidimus) uti Doctorem eruditissimum, & in doctrina Ecclesiastica clarissimum, & in scribendo indefessum tradunt, & ut talem Doctorem cum Officio proprio, ab immemorabili omnes Ecclesiæ semper illum celebrarunt, vsquequo aduenit Bulla S. Pij V, de qua supra mentionem fecimus, qua adueniente omnia Breuiaria Hispana cessarunt, & Officia consequenter, quibus Fulgentius & alij quamplures Sancti Hispani, ut vel ipse Nicolaus Antonius fatetur, colebantur. Quibus si adiungamus Martyrologium Hispanicum, quod (ut eodem n. 38. vidimus) de S. Fulgentio ait = *Vir litteris egregiè excultus, ut librorum ab ipso compositorum, indicant volumina =* non solum eius scripta plenè firmantur, sed et debitus titulus Doctoris ampliùs ostenditur.

97 Septimò ad AA. nostros deueniendo, constat etiam eodem titulo vel expressè, vel æquivalenter ab omnibus Hispanis Scriptoribus, Martyrologijs, & Sanctoralibus esse nominatum. Nam Tamayus de Salazar in suo Martyrologio, ut vidimus n. 41. exponens quanta fuerit eius sapientia, & eruditio ait = *Ita ut insignis Doctoris titulum præ omnibus sui sæculi sit adeptus. Ad cuius nominis apicem*



consequendum, illud præcipuum, & plausibile inter proprios, & ex-  
 teros insigne fuit, quod in varijs gentium Dialectis, & idiomatibus  
 non modo instructus, sed & singularis fuerit. Et infra: Doctoratus  
 ab omnibus proclamatus titulus demonstrat. Et alibi (8) Nobile  
 proculdubio hoc fuit privilegium, ut non solum à S. Iuliano Doctora-  
 tus nomine insigniretur, sed quod plus est, æqualem cum Ambrosio  
 auctoritatem percipere fassus sit, Cui adnectere valemus Ildephon-  
 sum Garcia in suo de Academijs literarijs tractatu, sic de Fulgen-  
 tio (vt n. 36. vidimus) loquentem: *Fuerunt tres germani fratres,*  
*lumina, & ornamenta Reipublicæ nostræ, Leander, Fulgentius, &*  
*Isidorus, nobilitate clari, eruditione insignes, sanctorum venerabi-*  
*les, qui Romanam, & Atticam eloquentiam insignitèr edocli, in lite-*  
*ris quoque hæbraicis &c. Et vt simul cum mira eius sapientia fru-*  
 ctum demonstramus, etiam adnectere nobis lubet Alphonsum de  
 Carthagenæ Archiepiscopum Burgensem, qui ait: (9) *Recaredus*  
*per Leandrum, & Fulgentium auunculos suos totius Gotthicæ gentis*  
*populos, Ariani erroris tunc deterfa, ad cultum rectæ Fidei reuo-*  
*cavit.*

98 Similiter Quintana Dueñas, quem Bollandus sequitur, vt vidi-  
 mus num. 42. ait: *Ab his, alijsque præclaris operibus, habitisque ad*  
*populum de Fide Catholica sermonibus, cognomen adeptus est Doctoris*  
*illustris, & celebris, Et cap. 3. vt ostendat quanti apud Astigita-*  
 nos eius mira scientia habeatur, ait: (10) *Astigis eius doctrina*  
*exemplis, cathedra, nobilitata, præcipuum illum è Diuis tutelarem*  
*sibi adoptavit, statuitque, vt Collegium Societatis Iesu, quod insigni*  
*munificentiâ, & pietate ceptum, constanti ad præstandos sumptus ma-*  
*gnitudine animorum, perfectum est, S. Fulgentio dicarctur: utque*  
*extimij illius Doctoris patrocinio, ac tutela gauderent præclaræ*  
*isthic erediæ scholæ, tam illustri urbe dignum opus, in quibus omni*  
*instruitur virtute, & scientia iuuentus, Grammatica, Rethorica,*  
*Philosophia, ac Theologia. Celebratur qui illi sacer est dies, publica*  
*Cleri, Religiosorum Ordinum, Capituli supplicatione: Idemque so-*  
*lemnitati quæ in Collegia eodem peragitur assistunt. Cui et adun-*  
 gimus Lucium Marinæm Siculum dicentem, vt vidimus num. 39.  
 Fuit autem Fulgentius vir eruditissimus, Et Franciscum Tarapham,  
 qui ait (11) *Fulgentius Arianos omnes, cum vir esset eruditissi-*  
*mus, miris operibus suis fortiter oppressit, Et Primum Episcopum*  
*Cabilunensem, qui scripsit anno 1450. (12) Fulgentius expugnatis*  
*Arianis fidem restituit.*

99 P. Martinus de Roa eiusdem Soc. similiter ait (13) *Fulgentius insignis*  
*Doctoris titulum suo seculo adeptus fuit. Et alibi: S. Iulianus Archiepi-*  
*scopus Tolosanus, qui in xv. Concilio illius Urbis coadunato anno 688.*  
*Pontificatus Sergij Papæ primo, & gloriosi Regis Flauij Egicæ, qui*  
*eum de aliquibus propositionibus, quas apologeticè ad Benedictum Pont.*  
*Max. pro defensione VI. Synodi scripserat, rationem redderet, in earum*  
*favorem nonnullas Sanctorum Ambrosij, & Fulgentij nostri doctri-*  
 nas

(8)

Idem Tamayus in  
 vita S. Fulgentij die  
 15. Ianuar. fol. 155  
 tom. 1.

(9)

Alphonsus de Car-  
 tagena de reb. His-  
 pania cap. 27. extat  
 in tom. 1. Hispan.  
 illustrata pag. 201.

(10)

Quintana Dueñas  
 apud Bollandum,  
 vbi supra cap. 3.

(11)

Tarapha de Regib.  
 Hispan. ad ann. 591  
 vbi de Luyba Rege.  
 Extat tom. 1. Hisp.  
 illustrata pag. 543.

(12)

Primus Cabilunē-  
 sis in Topographia  
 SS. verbo Carthag.  
 noua. Extat in ap-  
 pendice ad Marty-  
 rologium Mauritij  
 impressionis Veneta  
 anno 1568. p. 91.

(13)

P. Martinus de  
 Roa de SS. Astigi-  
 tanis, lib. 2. cap. 5.



nas inseruit, affirmans eorum sententiam non solum ab ipsis Sanctissimis Doctoribus fuisse, imò illorum verba mutasse. Addens: Quos quia celebres in toto orbe Doctores feriatæ Ecclesiarum Dei vota percensent, non illis est succedendum, sed potius succumbendum: Quia omne quod contra illos sapitur, à recta fidei regula abhorrere sentitur. Et Vascus: (14) Hoc tempore floruerunt in Hispania multi viri, tum vitæ sanctitate, tum eximia eruditione celebres, Leander, Hispalensis, S. Isidorus, S. Fulgentius &c. Et Ioannes Magnus, Archiepiscopus Vpsalensis in historia Gothorum (15) Præcipui autem cooperatores, & auctores, quibus Gothica gens, abnegata hæresi, ad orthodoxam fidem conuersi fuerunt, erant tres Sanctissimi Pontifices, & ex Gothico, & Regio sanguine procreati, Leander, Fulgentius, & Isidorus, quorum opera effectum est, ut nunquam deinceps apud Hispanos Religio cessaret.

(14) Vascus in Chronic. ad ann. 591. n. 91.  
(15) Ioannes Magnus in histor. Gothorum ex antiquis monumentis, lib. 16. cap. 10. prope finem.

100 Buararius ad Maximum, postquam Fulgentij scripta, miramque eius doctrinam retulisset, ait: (16) Quo sanè Fulgentius D. Hieronymo palmam potuisset præripere, si præcessisset. Et infra: Multos quoque ad populum habuisse tractatus, seu sermones, dubium non est; nam hodie in antiquis Ecclesiarum Hispaniæ Breviarijs aliquot reperiantur perlectiones festiuitatum distributi, quos in gratiam tanti Doctoris, ne quæ superfuerunt fragmenta percant, tibi lector, hoc loco communicare operæ pretium duxi. Et ad longum exponit sermones, quorum vnus est de S. Stephano, ex quo pro hoc festo multa sumpsit Breviarium Salmantinum, Alius de communi Apostolorum, ex quo Breviarium Conchense, Alius de communi etiam Apostolorum, de quo Breviarium Palentinum, Alius de communi Confessorum, de quo Breviarium etiam Salmantinum: Et alius tandem de Purificatione B. M. V. qui habetur in Homiliario Suriij. Et Garibay, (17) Inter SS. Doctores illis temporibus splendebat Fulgentius vir eruditissimus. Et Nicolaus Antonius: (18) Sanctitate morum, ac doctrina conspicui plures Ecclesiarum Præsules totidem voluti super candelabrum ardentissima, ac fulgentissima faces emittuere. Isidorus nempe Hispalensis, Fulgentius eius germanus frater, &c. Et Mariana, qui de Recaredo loquens, ait: (19) Leandri, & Fulgentij opera, & ipsum Catholicum subitum, & vniuersam diuionem veram Religionem reuocasse.

(16) Biuar. ad Maximum ad ann. 588.  
(17) Garibay in compendio Histor. Hisp. lib. 8. cap. 24.  
(18) Nicol. Antonius d. lib. 5. cap. 1. n. 2.  
(19) Mariana Historia Hispana lib. 6. cap. 1.

101 P. Mag. Grauetson Ord. Præd. Natione Gallus in sua historia Ecclesiastica nuper edita, hæc de Fulgentio habet: (20) Fulgentius SS. Leandri, & Isidori, Episcoporum Hispalensium, germanus frater, natio e Hispanus, patriam habuit Carthaginem nouam, seu Spartariam, sicutque Astigitanus, & Carthaginensis in Hispania Episcopus, & floruit in sexto Ecclesiæ seculo, idest circa annum 590. Nunc Sanctum iuxta, ac doctum Antistitem, quem memoria lapsu tam in historia Ecclesiastica sexti seculi, quam in tabulis Chronologicis virorum illustrium, & Scriptorum Ecclesiasticorum, prætermisi, hic inserendum esse duxi. Cui adiungere lubet aliud singulare elogium Collegij Complutensis Soc. Iesu, quod habetur in epistola dedicatoria tom. 2. Sapientissimi P.

(20) P. Grauetson in Historia Ecclesiast. to. 9. in indice lit. F. verbo Fulgentius.



(21)  
Collegium Complutense Soc. Iesu in epistola dedicat. tom. 2. P. Vasquez in 3. p. D. Thomæ ad Episcopum Carthaginensem.

(22)  
Bollandus in vita S. Fulgentij in an- not. prævijs §. 2. num. 10.

Vazquez in 3. p. D. Thomæ ad Episcopum Carthaginensem tunc R. D. Franciscum Martinez, quod in hunc modum se habet: (21) *Te Carthagine collocavit: ut in quam Urbem tantum dignitatis olim, tantum gloriae attulisset Princeps illius Sedis, atque auctor Fulgentius oculus, & Anima renascentis Hispaniæ &c.* Et tandem Bollandus ( ut nihil ex eis, quæ exponimus, sit, quod illo non comprobetur ) de Fulgentio ait: (22) *Illustri ortus genere, Recaredi Regis Auunculus, exilium pro fide sub Leouigildo Sororio perpeffus, doctrinæ præterea opinione florebat.* His ergo sic stantibus, quid amplius desiderari potest pro insigni S. Fulgentij doctrina comprobanda, quidque polliceri, ut tamquam Hispaniæ Doctor ab Ecclesia honoretur, quando tot insignes Scriptores, haud solum proprii, sed & exteri vno ore fatentur, & sententia vna testantur Doctoris Fulgentij eruditione doctrina, sapientia, ac scriptis ditionem totam Hispanam fuisse eruditam, edo-ctam, illustratam, & illuminatam, tractusque omnes eius à peste Ariana adeò purgatos, & ad veram fidem Catholicam restitutos, ut nunquam deinceps Religio in illis partibus, & quidem semper purissima, cessaret. Constante igitur Fulgentium in Hispanijs hoc titulo insignitum semper fuisse ex inamissibili fide, & opinione totius Regni; fundata in traditione à SS. Isidoro, Idelphonso, & Iuliano vna cum 62. Patri- bus Concilio Toletano XV. assidentibus, deriuata, & per Histo- ricos antiquos Lucam Tudensem, Rodericum Toletanum, & alios, ac per eos, qui sequentibus sæculis scripserunt, adhuc, & per Breuiaria, per Martyrologia, per Sanctoralia, ac per hæreditariam fa- mam ad hæc vsq; tempora ad nos transmissa, & conseruata, ambigi non valet, quin hic titulus Doctoris pro Hispania Fulgentio denegari mi- nimè queat. Præsertim quando ultra cuncta allata testimonia nouum adhuc adiungitur Ecclesiarum, Capitulorumue illius Regni, quæ epistolis suis ( ut in Summario num. 1. ) Doctoratum Fulgentij eius- que insignem sapientiam, ac scripta, & supponunt, & insuper suppli- citer Sanctissimum Dominum Nostrum exorant pro illius Officio pro- prio ad omnes Hispanas Ecclesias extendendo, cum eadem qualitate Doctoris, qua gaudet & gauisus ibi semper fuit. Præcipuè, quando non agitur de noua extensione concedenda, sed de antiqua resti- tuenda; quandoquidem, ut supra satis ostensum manet, sicut omnes Hispani historici, Martyrologia, & Sanctoralia de Fulgentio tam- quam de Doctore vniformiter agunt, sic Ecclesiæ omnes Hispanæ ab immemorabili semper Officium proprium cum qualitate Doctor- ris eadem vniformitate celebrarunt, ut ex ipsismet Breuiarijs con- stat, vsque quo Bulla Sancti Pij V. peruenit: sicut hodiè in multis Diocesisibus adhuc colitur. Nam in Diocesi Carthaginensi ab im- memorabili tempore festum Sancti Fulgentij celebratur die 15. Ian- nuarij cum Officio Doctoris, ut apparet ex testimonio authentico particulae Synodi Diocesanae celebratae anno 1583. quod cum alijs actis extat ab anno 1702. apud Eminentissimum Ponentem, vbi in

(18)  
102

(17)

(19)

(20)



relatione festorum particularium illius Dioecesis inter alia hæc habentur: *Sancti Fulgentij sub ritu Doctoris*. Et idem pariter accidit in Episcopatu Placentino, vt de vtroque testatur Quintanadueñas, Bollandus, & Nicolaus Antonius, (13) vt supra etiam vidimus.

(13)

Quintanadueñas  
in vita S. Fulgentij  
cap. 3.  
Bollandus in eadē  
vita n. 1. §. 1. Nicol.  
Antonius vbi su-  
pra num. 29.

103 Decimo constat in Archiepiscopatu Hispalensi ab immemorablem fuisse semper celebratum Officium S. Fulgentij cum officio proprio Doctoris, per aliquodque tempus hanc celebrationem fuisse interruptam ( occasione vt diximus num. 4. Bullæ S. Pij V. quæ omnia Breuiaria præter nouum Romanum inhiuit, omniumque officiorum celebrationem prohibuit, quæ in dicto Breuiario Romano non continerentur ) posteaque anno 1624. fuisse restitutam, ex quo tempore sub ritu secundæ classis cum officio Doctoris celebratur, vt tradit Quintanadueñas, qui ait: (14) *Extat festi illius memoria in vetustissimis Hispalensis Ecclesiæ Breuarijs, retenta diu ea Religio, dein annis aliquot interrupta, restituta tandem 1624., sancitumque vt officio de Doctore duplici secundæ classis celebretur*. Ex quibus omnibus satis superque demonstratum manet, quam meritis Fulgentius sit, vt officium Doctoris pro tota Hispania illi concedatur, vt ita vno, & eodem officio in omnibus Dioecesibus vniformiter celebretur.

(14)

Quintanadueñas  
vbi proxime, cap. 3.

104 Non urgente quod Nicolaus Antonius de testimonio Breuarij Ecclesiæ Conchensis num. 87. exposito ( quo ad euidenciam probatur eminens Fulgentij doctrina, & scripta ) dicat: (15) *Cum hæc Biuarij collectio non multum urgeat, sermonesque hi omnes eodem stylo, quo Fulgentij Ruspensis, ii quos habemus, concepti sint, de quo ad criticorum iudicium prouocare possum, nihil video, cur Breuiaria eo solo quod Fulgentium laudant Episcopum, lectionum earum Auctorem, de Fulgentio nostro intelligenda sint*. Nam clarissimè hæc obiectio infringitur ex ab ipsomet ibidem traditis. Enim verò Nicolaus ipse postquam dictum Breuarij Conchensis testimonium retulerit, sequentia Biuarij verba ad litteram tradit, quibus palmariè ad nostrum Fulgentium referri demonstratur. Ait enim Biuarius: *Quæ sane verba cum in operibus S. Fulgentij Ruspensis minimè reperiantur, tamen si ipse de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris sermonem habuerit; restat vt Carthaginensis nostri esse credatur, excerpta forsan ex libro de fide Incarnationis Domini Nostri Iesu Christi, quem in Bibliotheca Cordubensis Ecclesiæ manuscriptum seruari diximus*.

(15)

D. Nicolaus Anton.  
vbi supra numero 22.

105 Si ergo hæc laudata verba Breuarij Conchensis in operibus Fulgentij non reperiuntur, & aliunde noster Fulgentius scripsit de fide Incarnationis, vbi apprimè correspondere possunt, quo fundamento queunt verba, & elogium tribui Fulgentio Ruspensi & Hispano denegari? Nullus erit, qui non videat insufficientiam obiecti, solum enim urgere poterat, demonstrando illa



(16)  
Bollandus in præ-  
fatione ad acta SS.  
tom. 1. cap. 3. §. 3. ad  
initium.

verba in operibus S. Fulgentij reperiri. Vnde optimè congruit Nicolao Antonio, quod Bollandus de similibus criticis ait: (16) *Alij dum nimis cauti esse volunt, neque vspiam securè audent insistere, ne labantur; nihil satis firmum putant, ac temerè multa respuunt, dum ne explorare quidem, cuiusmodi ea sint, volunt. Virorūque inimica veritati ratio est. Virisque occurrèndū non tam verbis, quàm rebus ipsis.* Sic occurrit Biuarius, & nos cum illo.

106 Nec magis vrget quod ex proprio Marte absque vlllo fundamento de S. Fulgentio Ruspensi illa verba Concilij Toletani XV. num. 84. laudata, intelligenda venire dicat. Nam cum nullam rationem pro eo adducat, hoc solum sufficeret, vt eius dicto non vrgeremur. Et cum aliunde multæ sint rationes, vt potius de nostro Fulgentio illud elogium intelligere debeamus, potiori titulo ad sensum suum reiiciendam cogimur. Etenim primò habemus, nostrum Fulgentium scripsisse librum de fide Incarnationis, ad quem Concilium se referre rationabiliter coniecturare possumus, cum materia, de qua agebatur, ad hoc pertineat mysterium.

107 Secundò quia illis temporibus Fulgentij sapientia, & doctrina tanti habebatur, quanti attestatio Isidori fratris sui, & Ildephonsi demonstrant, vt vidimus num. 31., & 42. Vnde nil mirum, quod si Fulgentius à S. Isidoro *pro viro confessione Dei, & scientia clarissimo fuit laudatus.* Et à S. Ildephonso *vt Doctor,* quod Patres his eisdem titulis illum honorarent.

108 Tertio, quia cum in Concilio Toletano VIII. celebrato anno 653. Patres quoddam S. Isidori testimonium ex eius operibus afferentes, in hoc elogium proruperint: (17) *Nostrique seculi Doctor egregius, Ecclesie Catholice nouissimum decus &c.* non est mirum, quod in Concilio XV. celebrato 35. annis ab illo transactis, in non dissimile elogium de fratre suo Fulgentio loquentes, & aliud ex operibus eius testimonium laudantes, prorupisset, quando in toto Regno tantum præualebat fama de eius sapientia, eruditione, doctrina, & scriptis, quod nullus ex Patribus Concilij id ignorare poterat.

109. Quartò quia in Concilio Hispalensi II. citatus fuit S. Fulgentius Ruspensis, quin nec minimum elogium de eo fuisset prolatum, solummodò enim dicitur: (18) *Sanctus quoque Fulgentius in libro &c. & ad oram Concilij: S. Fulgentius Ruspensis.* Quare ergò, cum de Fulgentio Concilium Toletanum agens, in simile elogium prorupit, non erit credendum, non de illo, sed de Fulgentio Hispano, de quo maiorem notitiam habebat, fuisse loquutum?

110. Quintò quia sicut incongruum esset, si hoc Concilium fuisset Africanum, & in simile elogium de B. Fulgentio loquentes Patres illius Concilij prorupissent, illud de Fulgentio Hispano fuisse dictum intelligere; non minus incongruum existimari de-

(17)  
Concilium Toletanum VIII. cap. 2. de incauto iuramento num. 32. Extat tom. 2. collectionis Cardin. de Aguirre pag. 543.

(18)  
Concilium Hispalense II. cap. 13. n. 38. Extat ibidem pag. 469.



bet; quod Concilio in Hispania celebrato, intelligere hoc elo-  
gium de B. Fulgentio Ruspensi velimus, quandoquidem non  
minori fama gaudebat noster Fulgentius in Hispania, quam ille  
alter in Africa. Non enim ex presentibus temporibus, in qui-  
bus Fulgentij Ruspensis fama per vniuersam Ecclesiam per-  
uolauit, quia sua opera digito miram eius doctrinam de-  
monstrant (quod in nostro Fulgentio non accidit, eius operi-  
bus in desiderio stantibus) ad illa antiqua tempora, in quibus  
præ manibus omnia eius scripta vsque ad irruptionem Mauro-  
rum habebantur, fieri argumentum valet. In illis enim, in qui-  
bus ex operibus, ex recentibus factis, ex laboribus in conuer-  
sione Arianorum, ex crebris cum illis disputationibus, noti-  
tia certa habebatur de mira eruditione, doctrina, & sanctita-  
te Fulgentij, non est mirandum, quod ita S. Iulianus, & LXXII.  
Patres, qui in Concilio erant, de illo sic fuissent loquuti.

111. Porro Nicolaus Antonius in rebus, quas tractat, certitudinem  
mathematicam quærere videtur, quod in rebus humanis, & præ-  
cipue vndecim sæculorum antiquitatis, est impossibile, itaque  
satisfieri cum certitudine morali debemus. Quamobrè S. An-  
toninus cum Philosopho, & Angelico Præceptore aiebat: (19)  
*Disciplinati est in vnaquaque re certitudinem quærere iuxta exi-  
gentiam materia: æquè enim vitiosum est persuadentem quærere  
Mathematicum, & Moralem demonstrantem.* Nec ad hanc mo-  
ralem certitudinem aliud desiderare debemus, quàm, quòd pro-  
babilibus coniecturis intellectus magis in vnam partem quàm in  
aliam inclinetur, vt profequitur S. Antoninus: *Non enim con-  
surgit (ait) certitudo moralis ex euidencia demonstrationis, sed  
ex probabilibus coniecturis, grossis, & figuralibus magis ad vnam  
partem, quàm ad aliam se habentibus. Dicitur autem proba-  
bile, quod pluribus, & maxime sapientibus apparet verum.*

112. Et eodem modo procedit Angelicus Præceptor, qui ait: (20)  
*Secundum Philosophum in primo Ethicorum certitudo non est simi-  
liter quærenda in omni materia. In actibus enim humanis, super  
quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non potest  
haberi certitudo demonstratiua, eo quòd sunt circa contingentia,  
& variabilia. Et ideò sufficit probabilis certitudo, quæ vt in plu-  
ribus veritatem attingat, etsi in paucioribus à veritate deficiat.* Et  
ferè eisdem verbis prælaudatus S. Antoninus loco citato idem  
tradit. Et Gerson ex Altisiodorensi, Eximius Doctor Suarez  
& communiter Doctores. (21) Et qui in rebus humanis ita non  
procedunt (vt hodiè accidit ferè omnibus Criticis huius æui)  
impossibilia quærunt. Itaque hoc dictamine ducti illis contin-  
git, quod omnia, quæ mathematica certitudine sibi non probant,  
etsi moralem modo dicto certitudinem de eis habeant, dummo-  
dò à parte rei res aliter se habere possit sub opinione locant. De  
quo conqueritur Caietanus inquiens: (22) *Quia multi nesciunt*

(19)  
V. Bellarminus  
tract. de iusticia  
lib. 3. c. 2. Suarez de  
legibus. lib. 8. cap.  
13. n. 19.

(19)  
S. Antoninus in  
Sum. 1. p. tit. 3. §. 10

(20)  
S. Antoninus in  
Sum. 1. p. tit. 3. §. 10

(20)  
D. Thomas 2. 2. quæ-  
70. art. 2. in corpore.

(21)  
S. Antoninus in  
Sum. 1. p. tit. 3. §. 10

(21)  
Gerson. p. 2. de con-  
traff. propos. 13.  
Suarez de legibus,  
lib. 8. cap. 13. n. 19.

(22)  
Caietanus in sum-  
ma verba opinio.



(23)  
V. Bellarminus  
tract. de iustificat.  
lib. 3. c. 2. Suarez de  
legibus. lib. 8. cap.  
13. num. 19.

deseruat e inter certitudinem moralem, & mathematicam, omnia  
quodammodo locant sub opinionibus. Et similiter V. Bellarminus,  
& P. Suarez: (23) Si enim hic modus procedendi à D. Thoma,  
D. Antonino, & Theologis edocto seruari debet in omnibus hu-  
manis rebus, in quibus instituumur iudicia, & exiguntur testi-  
monia, quid dicendum veniet de rebus humanis antiquissi-  
mis, & quid de illis, quæ undecim seculorum antiquitatem  
habent?

113. Sanè si hoc non ita esset, & hæc regula securissime non proce-  
deretur, sed illa procedendum veniret, quam moderni Critici  
hodiè in praxi habent, inutiles essent omnes antiquæ historiae  
Ecclesiasticæ, nec Ecclesia illis uti posset, nec ex eis quic-  
quam inter Sacra in officijs sanctorum admittere valeret, cum  
vix ex illis quid mathematicè certum deduci valeat, nec vix qui-  
dè, quandoquidem ferè omnia sub lite sunt, alijs hoc ita fuisse  
testantibus, alijs vel non fuisse, vel alio modo accidisse. Quid  
ergò in hoc rerum euentu? Reijcienda omnia tamquam incerta  
erunt? Absit. Cum de opposito nos doceant Ecclesiæ Patres,  
qui historia passim vtuntur. Vt Augustinus, Ciprianus, Hierony-  
mus, Damascenus, & omnes, adhuc & ad scripturæ Sacræ intel-  
ligentiam: Et Innocentius, qui in capite de quibus 20. *Distinct.*  
historias Ecclesiasticas in causis Ecclesiæ finiendis approbavit.  
Et Melchior Canus, qui inter loca Theologica ad dogmata  
confirmanda humanas historias undecimo loco ponit: Et acriter  
inuehit in Criticos, qui sua ætate, vt historias reprobarent iam  
omnia in dubium vocare incipiebant, inquit: (24) *Sed pleri-  
que nostra hac ætate peruersè, ne dicam impudentè, res quas esse  
gestas grauissimi Authores testati sunt in dubium vocant. Qui si  
idoneas causas, probabilesque redderent, audiendi fortasse essent.  
Cum verò reddant nullas, contemnendi sunt, vt qui communem om-  
nium sensum exuerint, iudiciorum humanorum potissima instrumen-  
ta, hoc est testimonia reiecerint, vitæ magistræ, prudentiæ subsi-  
dium, lucem veritatis historiam neglexerint.* Amplectenda erunt  
omnia absque delectu? Minimè. Quandoquidem in historijs  
multa falsa, apocrypha, & inuerisimilia absque fundamen-  
to vllò dicta legimus, de quibus innumera tradit Canus exem-  
pla (25)

(24)  
Canus de locis Theo-  
logicis lib. 11. cap. 4

(25)  
Idem dicto lib. 11. 114.  
per tot. cap. 4.

114. Quid ergò in hoc rerum euentu nobis erit faciendum,  
quandò hinc indè sunt historici diuisi, alij hoc euenisse, vel sic  
accidisse testantur, alij vel negantes, vel saltè de facto, vel de  
modo dubitantes? Certè non aliud quam quod ex doctrina An-  
gelici Præceptoris, S. Antonini, adhuc & Philosophi, & ex  
omnibus eis, quæ ad longum eruditissimus tradit Canus loco ci-  
tato, deducitur; nimirum neque omnia amplecti, neque omnia  
respuere; sed re benè perpena, ea indubitanter tenere, quæ  
vel ex rationibus, vel probabilius coniecturis grossis, magis ad  
vnam



*unam partem, quam ad aliam nos ducunt, vel quæ ex gravitate Auctorum, vel ex alijs titulis verisimilia apparent. Quibus stantibus eam moralem certitudinem habemus, quam iuxta qualitatem materiae obtinere, ac adipisci possumus, quæ ut plurimum veritatem attingent, licet forsan aliquando à veritate à parte rei deviet. Alioquin ut ait laudatus Magister Canus: (26) Omnia essent ambigua, nisi quæ sacris literis continentur. Quo*

(26)  
Idem ibidè cap. 54

115 Et sanè ex hoc quod in ipsamet Historia Sacra nobis accidit, sumere argumentum Critici moderni deberent, ad iudicium de traditionibus, & Historijs Ecclesiasticis ferendum. Accidit enim multoties, ut Sacros Historicos inter se non coherere nobis primo intuitu videatur, quia vel in computis, vel in modo nationis Historiæ, vel in ipsa Historia, vel in omissione illius, quod alius tradit, non concordare videntur. Et tamen quamvis insolubiles difficultates nobis appareant, non ex hoc dubij de Historia manemus. Inquirimus enim modum libros Sacros concordandi, quod semper, licet ingenti quandoq; labore, adipisci-  
scimus, ut Magnus P. Augustinus, in libro suo aureo De Cordia Evangelistarum, & multi alij fecerunt, & adepti fuerunt. Si ergo pari proportionabili modo in traditionibus, & Historijs procederemus, ad concordiam facillimè illas renovaremus, nec facilitate tanta velut apocrypha sperneremur. Nam si cum certitudine fidei inueniri difficultates, & contradictiones (primo aspectu ferè insolubiles, rectè componitur, à fortiori, cum certitudine morali, ac purè humana componi similiter valebit, quandoquidem sicut labore, & studio illæ vincuntur, pari studio, & labore applicato, istæ vincerentur.

116 Si ergo hac regula Nicolaus Antonius in eo quod de S. Fulgentio agit, ductus fuisset, abstinuisset utique à tot dubijs excitandis circa ea, quæ perpetua traditione ab AA tantæ fidei antiquis, & modernis Hispanis, & exteris traduntur. Præcipuè quando nullas affert rationes, nec contradictiones, & aliundè omnia tradita verisimilia, & coherentia cum antiquitatibus illius ævi sunt. In quo sanè excedit etiàm Criticos huius temporis, de quibus Canus queritur, qui cum inueniant aliquam difficultatem, vel quia sunt, qui contradicant, vel dubitent, imò vel omittant, quod alij accidisse narrant, vel aliquam in coherentiam inueniant, quasi de triumpho lætantes, victoriam festinan-  
tè canunt, continuoque ea absque vllò examine respuunt. Non attendentes, nec considerantes, se ipsos in hoc elidere, imò, & eludere. Namque si ut falsa, vel ut minimum incerta ea habenda sunt, ex eo quod difficultatem aliquam, aut aliquas contra se habere videantur, vel quia sunt, qui contradicant, vel aliter referant, vel ea omittant, & si factum, quod impugnant, pro se habeat traditionem, & multos, qui de illo testentur, po-  
tiori



tiori titulo respueudum veniet, quidquid illi dicant, contra traditiones, & Scriptores de veritate facti, quod impugnant, restantes, quandoquidem tunc iam non vnum solum modo, vel alterum contra se habebunt, sed traditionem ipsam, & in super omnes illos, quos impugnant, qui vnanimiter ita accidisse narrant. Vnde in eo, quod agunt, se ipsos infringunt, elidunt, & eludunt.

117 Porro cum hæc oculis omnium se obijciant, nec Nicolao Antonio, nec modernis Criticis occultari valeant, occasionem proculdubio dant, vt credi, suspicari, vt sine temeritate queat, quod cum certi sint, antiquitatem ex suis contradictionibus conuelli non posse, nec sensum suum illas contradicendo præualere, non aliud pretendere intelligatur, nisi vt nihil ex Historijs etiam cõtinua traditione fulcitis deduci valeat, quando est aliquis, qui negat, vel dubitet, inò vel omittat, ac omnia sic dubia relinquere. Itaque non eo animo certa inquirendi res tractare, sed diuore solummodo impugnandi, & in dubium ea, quæ tamquam certa habentur, vertendi. Quo quid absurdius, quidque Christiano, eruditoque Scriptore indignius? Est cum hæc ita sint, & adeo clara, quod nemo sit, qui negare valeat; cū videamus hodiè Criticos nostræ ætatis non alio fine vitas Sanctorum, Bibliothecas, historiarumque Ecclesiasticas rimari, nisi vt omnia carpant, antiquitates etiam primorum sæculorum percellant, Breuiaria antiqua, Romano non excluso, dubiæ fidei arguant, harmoniam Ecclesiasticam confundant, ac subuertant, & gubernium Ecclesiasticum turbent. His non obstantibus videmus, quod adeo hic modus crises concipiendi hac miseranda tempestate præualeat, vt qui eadem via non graditur, vt eruditus non habetur. Prohi Deus! Sed hoc spiritu numquam processit, nec procedet Ecclesia, alio enim ducitur, aliam tenet disciplinam, alijs regulis præcipuè in antiquis gubernatur, & gubernabitur (quidquid oblatrent Critici moderni.)

118 Regula ergo firmissima, quam Sancti Patres Doctores, Philosophi, Historici, Scriptores omnes, & viri prudentes ab æuo tradiderunt, & obseruarunt, est certitudinem iuxta exigentiam, & qualitatem materiæ quærere, & in actibus humanis, super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non aliam certitudinem exquirere, quam probabilem, & moralem; quæ vt in pluribus veritatem attingat, et si in paucioribus à veritate deficiat. Hanc regulam semper sequuta fuit Ecclesia, præsertim in rebus antiquis, ab hac numquam debemus recedere, sed illam incunctanter tenere, quin vlli fas sit eam inficiari. Quo plenè Nicolaus Antonius in omnibus suis obiectis satisfactus manet: Ad quem (ei, vt credimus non adherendo, sed pro munere suo adimplendo) R. D. Fidei Promotor se remisit.



Deueniendo ergo ad animaduersiones, quæ sunt propriae, maiorisque ponderis prælaudati R. D. Promotoris, quibus præten-  
 dit Officium Doctoris S. Fulgentii negari debere, eis satisfacere  
 curabimus. Primum quod animaduertit est: *Quod apud Aucto-  
 res, qui de Ecclesiasticis Scriptoribus meminerunt, & Elenchum  
 composuerunt, nusquam mentio fit S. Fulgentij Astigitani Episcopi  
 & incongruum maximopere esset, ut tamquam Doctor in officio co-  
 leretur ille, qui ab iis, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis Biblio-  
 thecas, & Synopsim composuerunt, non recensetur.* Argumentum  
 aliquantulum yrgeret, si ita hoc esset, & insuper ageremus de  
 Officio cum qualitate Doctoris pro vniuersa Ecclesia recitando.  
 Cum ergo nec ita sit, quod ex antiquis nullus mentionem de  
 operibus Fulgentij fecerit, quandoquidem Maximus Fulgentio  
 contemporaneus, etiam si de Scriptoribus Ecclesiasticis non  
 egisset, de libris Mythologiarum memoriam fecit, ut videre est  
 apud Nicolaum Antonium, vbi de Fulgentio agit num. 22. &  
 apud Tamayum, & P. Roa (1) & similiter Concilium Toleta-  
 num XV. eiusdem sæculi, & in eo LXXII. Patres cum S. Iuliano  
 de eius libris, cum elogio, de quo num. 84. mentionem fecerunt.  
 Nec agamus de officio pro vniuersa Ecclesia contendendo, sed de  
 officio in sola Hispania recitando, & in illo Regno præterrelata,  
 tot sint Auctores antiqui, & moderni testantes de eminenti do-  
 ctina, sapientia, eruditione linguarum, & scriptis S. Fulgentij,  
 quot sunt qui de Martyrologijs, & de rebus Hispaniæ agunt, &  
 tot similiter Breuiaria antiqua hoc idem confirmantia, quot sunt  
 in illo Regno Ecclesiæ, vt satis superque demonstratum manet  
 per totum §. 2.; Hinc apparet ex hoc capite titulum Doctoris  
 pro Hispania reijci non debere.

Præcipue quando adhuc per falsam hypothesim dato, quod in  
 nostro casu non interueniret, quod à R. P. D. Promotore pro  
 titulo Doctoris exigitur, adsunt exempla similium concessionum  
 aliquibus Sanctis, qui hac seclusa circumstantia meritissimi titu-  
 lo Doctoris, etsi non pro vniuersali Ecclesia, existimati fue-  
 runt, vt habemus in S. Dominico Sacræ Religionis Prædicatorum  
 Fundatore, cui concessum est, vt vniuersa sua Religio vti Docto-  
 rem in Officio, & Missa eum celebret. Et in S. Raymundo cui  
 similis concessio facta est, & in S. Antonio de Padua, cui pro  
 vniuersa Religione Seraphica eadem gratia fuit concessa. Et in  
 Et in S. Helladio Archiepiscopo Toletano, quem haud solum  
 vniuersa Sacra Religio Benedictina colit cum Officio Doctoris,  
 sed & Diocesis Toletana die 18. Februarij. Et in Sanctis Iulia-  
 no, & Eugenio Archiepiscopis Toletanis, quorum primus die  
 8. Martij, & secundus die 13. Nouembris in eadem Diocesi  
 To-

(1)  
 Petrus Anasus in  
 apparatu ad Theo-  
 logicam potestatem  
 lib. 4. cap. 2.  
 (2)  
 Rabanus in exer-  
 citatione  
 Tamaius, in vita  
 Fulgentij fol.  
 Roa lib. 2. cap. 5.



Toletana celebrantur cum Officio Doctoris, de quo plena fides Eminentissimo Ponenti ostensa est, Et alia forsan inuenientur in alijs Regnis, & Religionibus exempla. Ex quo satis apparet minime obstare, quod à R. P. D. Fidei Promotore Sancto Fulgentio opponitur.

121 Secundum quod opponit est: *Vel non extare opera à S. Fulgentio Astigitano conscripta, vel extantia, non esse Astigitani, sed Ruspensis Episcopi, ut late ostendit Nicolaus Antonius loco citato, & mox dictum est: Inconueniens autem esset, ut Doctoris titulo Sanctus ille coleretur, cuius opera genuina non reperiantur.* Huic obiecto multifarie satisficit. Primo quia pro titulo Doctoris in Sanctis in rigore non exigitur, quod scripserim, sed quod eminenti doctriam præluerent, nam ut ait Petrus Annatus: (1) *Ut quis Doctor Ecclesie dici possit, requiruntur in eo multo plura, videlicet eminentis doctrina, insignis vitæ sanctitatis ad mortem usque, & Ecclesie declaratio.* Et infra: *Dico eos solos proprie Doctores Ecclesie dicendos esse, quos ob eminentem doctrinam, & insignem vitæ sanctitatem, ut tales cognouit, siue recepit, vel declarauit Ecclesia.* Et ferè eisdem verbis idem tradit Rabaudus, (2) *Vbi non scripta, sed eminentem doctrinam similiter exigat.* Et quia hæc nota cunctæ Ecclesie nisi per scripta esse non potest, ideo consequenter, & illatimè requiruntur scripta, ut aliquis Sanctus tamquam Doctor cunctæ Ecclesie proponi valeat. Quod cessare debet in illis particularibus Regnis, vel Prouincijs, ubi fuerit nota eminentis doctrina Sancti, de quo agatur. Et cum abundantissime de eminenti Fulgentij doctrina, sapientia, & eruditione in vniuersa Hispania uti notissima ex toto S. 2. & ex præcedenti constet, licet scripta deficerent, ex hoc capite titulus Doctoris pro Hispania ei denegari non deberet, ut satis ex allatis exemplis demonstratur.

122 Secundo quia dato quod scripta necessaria essent, multa, ut luculentissime in toto S. 2. ostensum fuit, eruditissime scripserunt constat, nonnullaque ex scriptis extare, verèque nostri Fulgentij, & non Ruspensis esse. Et quod hodiè non extant, vel quæ extare fertur, typis maudata haud sint, nihil obstare valet, quandoquidem sufficit quod verè extiterint, quodque Regnum in quo vixerunt, suo tempore illis instrueretur, illi hæretici fuerint conuicti, & ex illis argui, & deduci doctrina, sapientia, & eruditio possit, qui est finis intentus, ob quem scripta desiderantur.

123 Tertium quod tandem R. P. D. Promotor opponit, in substantia est: Sancto Petro Damiano Doctoris titulum fuisse denegatum, etiam pro Monachis, Heremitis, & Monialibus totius Ordinis Camaldulensis; Cum tamen eius opera, & quidem vtilissima extant: & similiter denegatum fuisse S. Ludgerio. Ex quo deducit, etiam denegandum S. Fulgentio venire. Quod obiectum multipliciter etiam diluitur. Primo quia sumus in casu, quo ab

(1)  
Petrus Annatus in  
apparatu ad Theo-  
logiam positiuam  
lib. 4. art. 5.

(2)  
Rabaudus in exer-  
citation. Theolog.  
tom. 2. c. 9. §. 1.  
cap. 9.



immemorabili tempore S. Fulgentius gaudet in Ecclesijs Carthaginensi, Hispalensi, & Placentina hoc titulo Doctoris, quod nec in S. Petro Damiano, neque in S. Ludgerio accidebat, quæ sola differentia sufficit, ut S. Fulgentio pro tota Hispania concedi valeat, quod S. Petro Damiano pro sua Religione denegatum fuit, & similiter S. Ludgerio.

124 Quia obstat instantia, quæ desumi potest ex eo quod in fine suarum animadversionum dictus R. P. D. Promotor ait, nimirum, quod aliud sit, quod dicto ritu colatur in particulari Ecclesia, aliud quod colatur in vniuersa Hispania, item aliud sit, quod colatur ex antiqua consuetudine, & sine approbatione Sedis Apostolicæ, aliud verò quod antiqua consuetudo à Sede Apostolica approbetur. Quasi ex hoc velit inferre, disparitatem prædictam solummodo probare, quod S. Fulgentio pro Ecclesijs, quæ ab immemorabili hanc habent consuetudinem, possit officium sub ritu Doctoris concedi, non verò pro vniuersa Hispania. Nam eadem ratione, qua in illis Ecclesijs, in quibus S. Fulgentius ab immemorabili gaudet hoc titulo Doctoris, denegari non debet, eiusmodi concessio, vel approbatio, negari pariter non debet, quatenus in vniuersa Hispania eodem gaudeat titulo, quandoquidem in ea ab immemorabili propter eius eminentem doctrinam etiam vt Doctor habetur, & colitur, & sicut Ecclesiæ spoliari non debent titulo possessionis, quo ab immemorabili gaudent celebrandi S. Fulgentium sub titulo Doctoris (quæ vim tantam habet, quod approbationem Ecclesiæ ita supponit, quod sufficit, vt pro Sancto colatur, & habeatur etiam ille, cui solemnis Ecclesiæ Canonizatio deest) ita nec Hispanum Regnum spoliari debet, quando ab immemorabili etiam vt Doctorem S. Fulgentium reueretur. Et cum nihil horum in laudatis binis Sanctis reperiatur, ita disparitas semper tenet.

125 Secundo aliter obiecto satisficit. Nam (abstrahendo à titulo immemorabilis, non ad ius dicendum allegato, sed solummodo gratia disparitatis pro satisfactione argumenti) hoc quod est alicui Sancto concedere officium Doctoris, inter gratias reputatur, & vt talis hæc præsentio concipitur: & sicut ex concessione huic vel illo Sancto similis gratiæ, argui non valet, quod denegari pariter alteri debeat, ita è contra. Vel si hoc argumentum à paritate desumptum R. D. Promotoris probat assumptum, potiori titulo ex eo deduci valet huius gratiæ concessio, quando tot exempla concessionis similis inueniuntur.

126 Et si R. D. Promotor consequenter ad ea, quæ num. 114. opposuit, nimirum quod aliud est, quod dicto ritu Doctoris colatur in particulari Ecclesia, aliud quod colatur in vniuersa Hispania, opponat, hæc exempla ad summum probare, posse S. Fulgentio concedi officium proprium Doctoris pro Diocesi Carthaginensi, & similiter pro illis Diocesium, quæ de illo recitant, non verò  
pro



pro vniuerso Regno Hispaniæ, cum nullum ex allatis exemplis sit de concessione officij pro integro Regno, dupliciter huic obiectioni satisficit. Primò quia dum concessio ad vniuersam Ecclesiam non extenditur, in praxi S. Congregationis parùm facit, quod concessio sit pro vna, aut pro pluribus Dioccesibus, aut pro vna, aut altera Religione, vel quod sit pro integro Regno, quando in Regno eadem inueniuntur rationes, quibus Sancta Sedes mota fuit ad concessionem pro Diocesi, vel Religione: quandoquidem semper veniunt hæ gratiæ sub nomine particularis concessionis, quæ facillimè conceduntur, dummodò de extensione ad vniuersalem Ecclesiam non agatur, vt accidit frequentissimè in officiorum semel concessorum extensione.

127 Secundo, quia vltra quàmquod multa forsitan inuenientur in omnibus Regnis exempla, quæ in præsentiarum ignorantur, concessionum, vt de aliquo Sancto Officio Doctoris recitari in illis valeat, negato hoc pro vniuersali Ecclesia quo plenissimè satisfieri posset instantiæ: Non desunt aliqua, quibus plenè satisfieri illi valeat: Nam Regno Lusitano concessum fuit officium Doctoris pro *S. Antonio de Padua* sub ritu secundæ classis, & quidem cum octaua, vt notum est, Sancto Leandro nuperis mensibus ex gratia, & benignitate S. Sedis concessa fuit pro tota Hispania extensio officij Doctoris, quo Ecclesia, & Diocesis Hispalensis, adhuc, & Carthaginensis illum celebrabat. Quæ duo exempla sufficientia videntur, vt nec minima difficultas in præsentia concessione inueniri valeat.

(3)  
Bollandus in vita  
S. Fulgentij ex  
*Quintanaduenas*  
cap. 1.

(4)  
Tamayus in Mar-  
tyrologio Hispano  
in eadem vita  
fol. 155.

P. Martinus de  
Roa de SS. Astigi-  
tanis lib. 2. cap. 5.  
Iulianus Perez  
Chronico nu. 562.  
pag. 130.

Ioannes Vasæus in  
Chron. ad ann. 591.

(5)  
Tamayus vbi pro-  
ximè,  
Pater Roa ibidem.

(6)  
Idem Tamayus  
ibidem.  
Pater Roa ibidem.

128 Præsertim quando agimus de Sancto, qui ab adolescentia, adhuc dum exul per Leouigildum erat, tantum pro Ecclesia laborauit in hæresi Ariana profliganda, & eliminanda, & in Regno Hispaniæ penitus extinguenda, quantum exprimi vix poterit. Tantus enim fuit labor, & zelus Fulgentij in persequendis hæreticis Arianis etiam indignationem Leouigildi Sororij sui, quæ per longissimum tempus durauit, in se habens, quod vt Bollandus, ex Quintana duenas tradit: (3) *Eximius illius quæstus crebra erant cum Arianis disputationes, quibus illorum confutabat errores: ita ut in angustulo domicilio commorans assidue, & hæreticos resellebat, & animabat Catholicos. Complures ad Sanctum Hermenegildum Sororis suæ filium captiuum literas dedit, quibus ad fidei intrepidam professionem, martyrijque certamen adhortabatur. Et idem tradunt Tamayus, Roa, Iulianus Perez, & Vasæus. (4) Ita vt meruerit, (5) insectator inimicorum Ecclesiæ appellari. Quo Arianorum insania, & indignatio in Fulgentium adeò excreuit, (6) quòd nullum inuenit inimicorum fidei ferias iter, nullam machinatus est rigor viam, quæ sanctam viri fortitudinem terrere, aut feruorem extinguere, vt aliquid de primo ardore remitteret, valeret, vt vtar verbis, quibus laudati suæ vitæ scriptores laborem, & constantiam Fulgentij exprimunt.*



129 Sed misericors Deus, qui labores tantos sine maiori, copiosiorique fructu remanere non fuit passus, illo non contentus, quod vna cum Leandro Martyrem tam insignem in Hermenegildo illi dederit; complementum gloriae suae, totiusque Regni Hispani ex Recaredo Hermenegildi germano fratre expectans, maioremque gloriae Coronam Fulgentio praeparans, Leouigildum, quem tam infensum in se, in fratres, Patres, patriam, & familiam totam semper habuerat, mouit, vt tantum conceptum de eximia Fulgentij sanctitate, doctrina, constantia, & zelo verae Religionis formaret, adhuc ad infulas Pontificales non assumptos, quod morti proximus Rodericus Toletanus testatur, & ait, ipsum (7) dum infirmitate acriter torqueretur, praecipisse filio suo Recaredo, vt Episcopos ab exilio reuocaret, & Leandrum Hispanensem, & eius germanum Fulgentium Astigitanum, qui in doctrina Ecclesiastica fulgebat insignis, tamquam Patres audiret, & eorum monitis obediret. Vocat enim eum Episcopum Astigitanum, non quia tunc Pontificali dignitate gauderet, vt bene obseruat Bollandus, (8) sed quia more loquendi vsus est, quo Scriptores, passim gesta praeterita referentes, titulo illius dignitatis, qua postea honorati fuerunt, nominare solent personas, de quibus agunt.

130 Quod idem contestatur Saauedra in sua celebri Corona Gothica: (9) Leouigildus morti proximus Leandrum, & Fulgentium ab exilio reuocans, Recaredo filio suo iniunxit, vt illos tamquam Patres haberet, eorumque opera, & consilio Regnum ad suam antiquam reuocaret Religionem.

131 Quod munus zelo tanto adimpleuit Fulgentius, vt Rodericus Sanctius Episcopus Palentinus scribat: (10) Hic à Sanctis viris Leandro, & Fulgentio à cunabulis eius in Fide instructus fuit, & à Populis suis Arianam haeresim, in Concilio Toletano congregatis multis Catholicis Episcopis, extirpauit. Nam ipse Christianissimus Princeps personaliter in eodem Concilio Toletano interfuit, gestaque in eo sua subscriptione firmavit, damnans perfidiam Arianam. Et Alphonus de Cartagena Archiepiscopus Burgensis: (11) Recaredus per Leandrum, & Fulgentium auunculos suos (erant enim fratres Theodosiae Reginae suae Matris) in Fide Catholica institutus, totius Gothicæ gentis populos, Ariani erroris labe deterfa, ad cultum rectæ Fidei reuocauit. Et Mariana, qui de Recaredo loquens, de illo ait: (12) Leandri praeterea, & Fulgentij opera, & ipsum Catholicum factum, & uniuersam ditionem veram Religionem, atque veterem reuocasse.

132 Nec in hoc tantum Fulgentij labor terminauit, ad maiora suus infatigabilis zelus se extendit, vt penitus haeresim Arianam extingueret. Nam vt ait Marinæus Siculus: (13) Cum Ariana haeresis Christianos à Dei cultu conaretur abducere, conuocato multorum Episcoporum, & Hispanorum Principum Concilio apud To-

(7)  
Rodericus Toletanus.  
Histor. Hispania  
lib.2. cap.14.

(8)  
Bollandus in vita  
S. Fulgentij cap.1.  
in notis, lit. A.

(9)  
Saauedra Corona  
Gothica an.585.  
cap.14. propè finem

(10)  
Rodericus Sanctius  
Historia Hispan.  
par.2. cap.20. Ex-  
tat. in to.1. Hispan.  
illustrata pag.147.

(11)  
Cartagena de reb.  
Hispan. cap.27.  
Extat ibidè pag.261

(12)  
Mariana de rebus  
Hispan. lib.6. cap.1.

(13)  
Marinæus Siculus  
de reb. Hispanie  
lib.5. sub titulo de  
S. Fulgentio Extat  
in Hispan. illustrata,  
to.1. pag.335.



(14)

Biuarus ad Maximum in Chron. ad annum 559. nn. 91. pag. 452.

(15)

Alphonsus Garcia Matamoros de Academia, literatissime vir Hispan. 5. Hi fuerunt. Extat to. 3. Hisp. illust. pag. 810. Franciscus Tarafa de Regib. Hispan. ubi de Rege Luyba. Extat to. 1. eiusdem Hisp. illust. pag. 543. Rodericus Sanctius ubi proximè.

(16)

Primus in Topographia Sanctorum, verbo Carthago noua. Extat in appendice ad Martyrolog. Mauritij imperat. Venet. anno 1568. pag. 91.

(17)

Maximus in Chronico ad ann. 590.

(18)

Bollandus in vita Sancti Fulgentij, §. 2. num. 10.

letum, Fulgentius concionibus suis, & miris operibus Arianos omnes fortiter oppressit, & Christianos, qui à Fide Christi nonnihil erant alienati, summa prudentia, & exemplis ad pristinum Dei cultum reduxit. Fuit autem vir cruditissimus. Et Biuarus; (14) Interfuit Concilio Toletano, ubi fuit condemnata hæresis Arianorum per 72. Episcopos ex diuersis partibus congregatos, cuius consilio, ac doctrina Sacra Synodus plurimum est adiuta. Et pariter procedunt Alphonsus Garcia, Tarafa, & Rodericus Sanctius. (15) Quod felicitate tanta illi accidit, ut Primus Cabilonensis Episcopus, qui scripsit anno 1450. ait: (16) Fulgentius primum Astigitanæ Ecclesiæ, dein Carthaginensis Episcopus, Leandri Hispalensis frater, expugnatis Arianis Fidem restituit. (17)

133 Et quod plus mirandum in Fulgentio venit, quodque magis arguit, quanti apud Patres Concilij, & apud vniuersum Regnum eius sanctitas, sapientia, doctrina, & Religionis zelus habebatur, est, quod cum Presbyter adhuc non esset, Concilio vnà cum fratre suo Isidoro Archidiacono Hispalensi interfuisset, ut tradit eius contemporaneus Maximus; (17) Item interfuerunt Rex Recaredus, & Regina Badda: Item Fulgentius Presbyter, & Isidorus Diaconus Hispalensis &c. Nec mirari de hoc debemus; Si enim adhuc Presbyter illi à Leouigildo commissa fuit cura Recaredi, ut illum in Fide Catholica institueret, & eius opera, & consilio in omnibus vteretur, ut Regnum ad antiquam suam Fidem reuocaret, & solus Presbyter ita munus suum impleuit, ut vnà cum Leandro indefessè laborauerit, vsque dum Concilium Toletanum III. congregatum fuisset, ut ibi hæresis Ariana iterum damnaretur, & Rex, Regina, & Principes omnes sui Regni illam abiurarent, uti omnia facta fuerunt; quid mirum, quod Presbyter Concilio vnà cum Isidoro fratre suo Diacono affideret, & in illo ita se gereret, qualiter Scriptores referunt.

134 Et licet Bollandus nonnihil de eo dubitauerit, tandem in hæc verba concludit: (18) Potuit tamen Concilio illi interfuisse, siue Presbyter iam, siue adhuc priuatus, cum magnam obtinuisset auctoritatem, quippe qui illustri ortus genere, Recaredi Regis Auunculus, exitum pro fide sub Leouigildo Sororio perpeffus, doctrinæ præterea opinione floreret.

135 Ex quibus omnibus concluditur, quàm meritis S. Fulgentius sit, ut hæc gloria ei non denegetur, quod sub ritu duplici minori eius officium proprium de Doctore in vniuersa Hispania celebretur. Quandoquidem ad concessionem, seu proprius continuationem tituli Doctoris, præter eius eminentem sanctitatem, & doctrinam, habet tot tantosque labores, totque calamitates, quot perpeffus fuit pro hæresi Ariana in illo Regno percellenda, & extinguenda, & Fide Catholica restituenda; quod etsi nulla opera scripsisset, sufficere procul dubio deberet, ut tituli Doctoris meritis existimaretur. Et pro officio duplici minori præter posi-

tionum



riuum meritum, & frequentem S. Sedis praxim, habet etiam illud speciale, quòd ipsi obijci non potest, quòd frequenter his concessionibus obijci solet, nimirum, quòd tot officijs, etiam duplicis minoris Dominicæ vacant; quòd in præsentì casu verificari non potest, quandoquidem Dominica, quæ die 16. Ianuarij, in qua eius officium celebratur, quæ occurrere valet, impedita semper erit cum festo dulcissimi nominis Iesu.

136 Quare Cardinalis Belluga, qui, & si omni prorsus destitutus merito, successor Sancti tam illustris inuenitur, vnà cum suo Capitulo, & Ecclesijs Regni Hispani sibi pollicetur, ex benignitate Sacræ Rituum Congregationis subscribendum esse: *Pro gratia concessionis officij proprij Doctoris S. Fulgentij Episcopi Carthaginensis, cum approbatione Læctionum, quæ expositæ sunt, & extensione ad Regnum Hispanum, & dominia ei adiacentia, in quibus sub ritu duplici minori ab omnibus vtriusque sexus fidelibus, qui ad Officium Diuinum recitandum, tenentur, recitari debeat: Et cum Octaua pro Diœcesibus Carthaginensi, & Placentina vbi S. Fulgentius tamquam vnicus, vel Principalis Patronus celebratur: approbatis etiam Læctionibus, quæ expositæ pro die Octaua sunt.* Nec minus sibi pollicetur, quòd Sanctissimus Dominus Noster benignè annuere dignabitur, vt hanc gratiam confirmet. Romæ die 31. Augusti anni 1722.

*Ludouicus Cardinalis Belluga.*







# SUMMARIVM.

BEATISSIME PATER.

Num. 1)

**C**ardinalis Belluga Episcopus Cathaginensis, vnà cum suo Capitulo supplex exponit Sanctitati Vestrae suam Dioecesim vti Principalem habere, & semper habuisse Patronum S. Fulgentium in Ciuitate Carthaginensi natum, & eiusdem Dioecesis Episcopum, & germanum fratrem SS. Isidori, & Leandri Episcoporum Hispalensium, & S. Florentinae Virginis, quem vt talem cum officio Doctoris sub ritu duplici primae classis cum Octaua, die 16. Ianuarij singulis annis tota Dioecesis ab immemorabili tempore veneratur, & colit; adhuc & Placentina, quae vt suum etiam Patronum similiter habet. Cum ergo multis ab hinc annis dicta sua Ecclesia desideret Officium proprium, cum non nisi de communi Doctorum hucusque recitauerit; Et ab anno 1702. hanc praetensionem introductam in Sacram Congregationem habeat, vbi omnia documenta ad hoc concernentia praesentata fuerunt; quae apud Cardinalem Barberinum huius Causae Ponentem inueniuntur; in qua ob omissionem Procuratoris Agentis nihil de illa vsque adhuc actum fuit; neque resolutio vlla sumpta; Cardinalis eandem renouans praetensionem, Sanctitatem Vestram exorat, vt S. V. dignetur approbare Officium, quod ad hunc finem composuit, vt in dicta sua Ecclesia, & Dioecesi perpetuò recitari valeat, adhuc & in tota Hispania sub ritu duplici minori, vt ex benignitate Sanctitatis Vestrae sperat. Pro quibus gratijs supplicanti etiam S. V. Ecclesiae Cathedralis illius Regni, quarum literas S. V. exponit. Vnam & alteram gratiam à S. V. Cardinalis, cum suo Capitulo consequi praestolatur, tum ex rationibus adducendis, tum etiam ex benignitate S. V. Quam Deus &c.

*Epistola Ecclesiae Placentinae.*

**O**ptauit semper Dioecesis haec Placentina, Officium proprium Beati Fulgentij; Astigitani primum, postea nouae Carthaginis Episcopi à benignitate Sedis Apostolicae impetrare: Cum enim illius sacris ossibus, quae apud Berzocanam Extremadurae Oppidum, vnà cum reliquijs Sanctae Florentinae eius germanae sororis decentissime asseruantur, ditata reperiatur; ipsumque tamquam Primarium Patronum, & Tutelarem tota animi deuotione veneretur, consentaneum erat horum populorum pietati, & religioni, eius cultum, quo iam ab immemoriali tempore Officio communi potiuntur, peculiari quoque eius virtutum enarratione ad maiorem Dei gloriam promovere. Hodie vero, cum, sicut accepimus, Sancta Ecclesia Carthaginensis, cuius Ciuitas praedicti Sancti Fulgentij ortu, & Episcopali regimine decoratur, id ipsum à Beatitudine Vestra obtinere nitatur; Nos Decanus, & Capitulum huius Almae Ecclesiae Placentinae, qui non minoribus titulis eidem Sancto Doctori Fulgentio deuincti censemur, Sanctitatem Vestram, ad eius pedes hu-

A

mil-



millimè prouoluti, supplices deprecamur, quatenus Officium proprium, quod à prædicta Ecclesia Carthaginensi exhibetur, huic quoque Diocesi concedere: Etiam & ad omnes Hispaniæ Ecclesias, quas ipse virtutibus, & scriptis mirificè illustrauit, extendere dignetur. Interim Maiestatem Diuinam omnibus votis exoramus, vt Beatitudinem Vestram ad Ecclesiæ Catholicæ decorem, totiusque populi Christiani utilitatem diu seruet incolumem. Placentiæ decimo Kalendas Decembris anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo primo.

**Literæ Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium Castellæ, ex quibus aliqua notabiliores Clausulæ exponuntur decerptæ.**

*Epistola Capituli Primatis Ecclesiæ Toletanæ.*

Ad pedes Vestræ Sanctitatis recurrit suppliciter obsecrans &c., vt Officium proprium ceu S. Episcopi, ac Patroni Fulgentij de communi Confessoris Pontificis, & etiam Doctoris (iure enim à Vestra Sanctitate, Doctoris cultu honorari debet Sanctus Fulgentius, qui vt Christi Doctor egregius tot, tantaque volumina ad Ecclesiæ Romanæ utilitatem scripta reliquit) in omnibus Regnis, ditionibusque Hispaniarum Catholico Regi subiectis sub ritu duplici &c. celebrari præcipiendo decernat. Quibus & Nos post oscula pedum nostras etiam preces, ac supplicationes tam reuerentes, quam creditores cum fiducia adiungimus, eadem similiter postulantes (nam hoc debitæ gratitudinis officio iudicamus posse compensari ingentia beneficia, quæ olim, vt supra retulimus, à Venerabili Pontifice Fulgentio in nostram Toletanam Urbem collata fuere) quæ de largissima Vestræ Sanctitatis benignitate speramus.

*Altera Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Hispalensis.*

Vniuersalis acclamatio, qua in his Regnis veneratur heroica virtus, sanctitas, & doctrina Sancti Fulgentij, Episcopi Astigitani, & Carthaginensis vrget deuotionem, & debitum nostrum erga prædictum Sanctum, vt supplicem petitionem Ecclesiæ Carthaginensis associemus, qua Beatitudinem Vestram exorat, vt Sanctitas Vestra dignetur illi concedere Officium proprium cum qualitate Doctoris, & extensione ad omnia Hispaniæ Regna &c.

*Altera Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Compostellæ.*

Debita gratitudo Ecclesiæ Cathedralis Carthaginensis gloriosa suo Episcopo, & Patrono Sancto Fulgentio eam premit, vt eius maiorem cultum desideret. Itaque vt Officio proprio Doctoris in vniuersa Hispania veneretur. Cum ergo &c. profunda humilitate ad pedes Beatitudinis Vestræ prostrati illam exoramus, vt supplicibus precibus Sanctæ Ecclesiæ Carthaginensis annuere dignetur; tum ob eius, omniumque huius Regni Fidelium solatium, tam ob ho-



norem tanti Sancti, qui in doctrina mirè claruit, tum etiam ob maiorem splendorem Christianæ Catholicæ Religionis.

*Altera Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Burgensis.*

Titulo Doctoris dignissimè insigniri, utpote ab eius libris, doctrinaque tam emerito, quæ tamquam suauissimum odorem emittens vniuersam Ecclesiam illustrauit, hæreticamque prauitatem deuastauit &c.

*Altera Capituli Legionensis.*

Singularis deuotio, simulque haud impar affectus in splendidissimum Ecclesiæ iubar, Religionis Præsidium firmissimum, & Fidei inexpugnabilem arcem Sanctum Fulgentium Almæ Ecclesiæ, & Carthaginensis Diœceseos Patronum, Episcopum, & Pastorem, Nos mouent, & adducunt, ut ad Tribunal gratiæ, & benignitatis Vestræ Beatitudinis supplices, & consilii accedentes, humillimè deprecemur, quod sicut illum in cunctis Hispaniarum Regnis præclarum, gloriosum, & mirabilem prædicamus, confitemur, & veneramur; sic in eisdem, suo natali felicibus, sanctitate illustratis, heroicis virtutibus decoratis, doctrinæ lumine, ac Scriptorum pretiosissimo thesauro ditatis, speciali zelo, & studio munitis & defensis; speciali etiam ipse Sanctus Fulgentius honoretur cultu, & à Vestra Beatitudine proprium tali, ac tanto Doctori designetur Officium, ut ubi eius extitit origo, splendor, & domicilium, ibi, & sit gloriæ, & celebritatis principatus, veneratio, & obsequium &c.

*Altera Capituli Cauriensis.*

Quemadmodum in Arium Athanasius, & eximij Ecclesiæ Doctores in alias æquè fedas sua tempestate grassantes hæreticorum pestes ad Sponsæ munimen &c. Supremo eiusdem consilio strenui Duces, Defensoresque acerrimi, sunt constituti, atque speciali cultu, & Doctoratus tessera insigniti, celebratique; sic posteriori ætate, quæ nequam Arii, huiusque asseclorum impietas furere, ac debachari in tota Hispania toruo iugo hæresiarcharum oppressa (proh dolor) superba subiugauit, ad compescendam, eiusque impetum subuertendum, tenebrasque fugandas splendescentem lucem præclarissimum Fulgentium fuisse diuinitus destinatum &c.

*Altera Capituli Pampilonensis.*

Sanctus Fulgentius Episcopus, & Patronus Ecclesiæ, & Diœcesis Carthaginensis, qui vnà cum suis fratribus Diuis Leandro, & Isidoro Hispalensibus Episcopis Arianam hæresim profligauit, & extra Gothicam gentem, & nostræ Nationis fines expulit; quique vniuersæ Ecclesiæ summæ scientiæ virtutis, fideique æterna monumenta reliquit, scriptis eruditissimis commentarijs &c. ut communis Ecclesiarum nostræ Hispaniæ Patris, & Doctoris ad maiorem Dei gloriam cultus augeatur, & Te Pater Beatissime humiliter deprecamur, quatenus ei Confessoris & Doctoris Ritum duplicem assignes &c.



*Altera Capituli Salmantini.*

**I** Præsertim verò sapientiæ, & sanctitatis nominibus conspicuum; sed crebris, hisque magnis laboribus, quibus pro honore Dei functus probatissimis monumentis perhibetur, egregijsque insuper in Sacros Codices editis lucubrationibus optimè de Ecclesia Christi Domini, & Redemptoris nostri meritum prædicto honore decorare digneris.

*Altera Capituli Ciuitatensis.*

Humillimis vbique notis precibus, quas Alma Ecclesia Cathedralis Carthaginensis ante Sanctissimos Vestræ Beatitudinis pedes reuerenter effundit, vt de S. Fulgentio dignissimo eius Antistite, & Patrono Officium proprium, cum titulo Doctoris, ad omniaque Hispaniæ Regna extensione, Vestra Beatitudo concedere dignetur; siquidem in illa temporum penuria, fuit lux omnes Hispaniæ Ecclesias doctissimis scriptis illuminans, heroicisque virtutibus, & meritis quasi columna Fidei Catholicæ firmiter existens. Nos cum tanti Præfulis beneficijs &c.

*Altera Capituli Calceatensis.*

**L** Cùm itaque probè sciamus, pro parte Ecclesiæ Carthaginensis Sanctitati Vestræ supplicia vota fuisse porrecta pro obtinendo Officio proprio S. Fulgentij, cum qualitate Doctoris, pro tota Hispania; minimè dubitauimus de associandis votis nostris cum illis Ecclesiæ Carthaginensis; Remque nedum Diocesis Carthaginensis, sed imo totius Hispaniæ agere. Toti namque Hispaniæ nostræ sua sapientia, & virtute præluxit gloriosissimus S. Fulgentius; proque Catholica Religione continuò verbis, & sapientissimis scriptis contra hæreticorum monstra decertauit. Quod in causa est &c.

*Altera Capituli Gadicensis.*

**M** Quantum gloriosissimus Carthaginensium Antistes Sanctus Fulgentius &c. Nos eidem Sancto Doctori iustæ reuerentiæ, ac pietatis Officium persolvere cupientes, ad pedes Tuæ Sanctitatis prouoluti, id, quod in votis semper habuimus, Beatissime Pater, tota animi deuotione, ac debita demissione postulamus: nimirum, vt admirabilis huius Sancti Doctoris cultus, atque pia veneratio non in vno Murcia Regno, sed ad totam Hispaniam Apostolicæ Sedis auctoritate extendatur.

*Altera Capituli Palentini.*

**N** Ob summam, qua Diuum Fulgentium prosequimur venerationem: qui & reliquum Orbem, at præsertim nostræ tractus Hispaniæ, cum sui nominis, tum Sanctitatis, sapientiæque splendoribus illustrauit. Iungimur ergo spontè cæteris Ecclesijs in eadem vota conspirantibus, ac humiliter pedibus Sanctitatis Vestræ aduoluti, precamur, vt Sancto Fulgentio proprium, illudque Doctoris Officium, atque omnibus Hispaniæ Ecclesijs commune concedat, probet, ac stabiliat &c.

*Altera*



*Altera Capituli Guadixensis.*

Ob insignia Sancti Patris Episcopi, & Patroni Ecclesiae Carthaginensis, Fulgentij merita, & innumera miraculorum, ab ipso factorum, beneficia, eidem nobilissimo Regno Carthaginensi collata; pro ipsius cultu augendo, & toti Hispaniae sub proprio Officio duplici, atque simul Doctoris concedendo nostras preces, cum eadem Cathedrali Ecclesia &c.

*Altera Capituli Legionensis.*

*Altera Capituli Zamorensis.*

*Altera Capituli Oxomensis.*

*Altera Capituli Pacensis.*

*Altera Capituli Segouiensis.*

*Altera Capituli Astoricensis.*

*Altera Capituli Almeriensis.*

*Altera Capituli Aurionensis.*

*Altera Capituli Cordubensis.*

**HISPANIARVM, seu CARTHAGINEN.**

**Num. 2.**

**Animadversiones Fidei Promotoris.**

*Eminentissime, & Reuerendissime Domine.*

Pro recto praesentis instantiae examine nonnulla ex ordine quaerenda sunt; Primo, an Lectiones propriae concedi possint in honorem S. Fulgentij Episcopi Astigitani, & uti dicitur etiam Carthaginensis; Secundo, an concedi possint Lectiones propriae, quae fuerunt exhibitae; Tertiò, an extensio fieri possit ad vniuersam Hispaniam; Quarto, an idem Sanctus coli possit cum Octava: Ultimo demum, an sub titulo, & qualitate Doctoris.

Quoad primum *non haberem difficultatem, loquendo de concessione Lectionum propriarum*; Certa etenim est Sanctitas S. Fulgentij, uti plenè habetur apud Bollandum in eius vita ad diem 14. Ianuarij. De eius quoque cultu non est dubitandum, cum eius festum ab immemorabili praeter alias Ecclesias celebretur in Ecclesia Hispalensi, in Carthaginensi, in Placentina, & in Ordine Benedictino, uti plenè habetur in antiqua Bibliotheca Hispana eruditi Nicolai Antonij *lib. 5. cap. 1. n. 29*, & in aliquibus etiam Dioecesibus recitetur in eius honorem Officium de Comuni.

Et concurrentibus Sanctitate, & cultu, & praesertim, prout hic, antiquissimo, pendet ab arbitrio huiusce Sacrae Congregationis Lectiones proprias concedere, multòque magis cum iam multis ab hinc annis mihi supponitur, Sacra haec Congregatio responderit, quod Lectiones transmitterentur per manus. Ex hoc quippè arguitur



Sac. Congregationem non habuisse repugnantiam in eo quod attinet ad Lectionum propriarum concessionem .

Ad partes posito, quod de S. Fulgentij Canonizatione non constat; Constat etenim eo modo, quo constat de alijs Canonizationibus Sanctorum, qui ante tempora Alexandri III. vitam cum morte commutarunt, præterquamquod non ita rigorosè proceditur in concessione Lectionum propriarum, vt enim quamplura prætereantur exempla, approbatus quidem fuit Cultus immemorabilis Beatæ Agnetis de Monte Politiano, Beati Bernardi Ptolomei, Beati Peregrini Latiosi, Beatæ Ioannæ Principissæ Portugalliæ, & omnes hæ causæ pendent, & expectant Canonizationem, & sola excepta causa Beati Peregrini, in omnibus alijs nondum fuit discussum Dubium de Virtutibus, & nihilominus intercedente huius Sac. Congregationis auctoritate, facta fuit quoad omnes concessio Lectionum propriarum vnà cum pluribus alijs extensionibus.

Adeoque, si in terminis simplicium Beatorum Beatificatione æquipollenti, facta est concessio Lectionum propriarum, eadem videtur à fortiori fieri posse, quando, prout hic, agitur de Sancto, & de iam Canonizato, eo Canonizationis genere, quod erat in vsu tempore antiquo.

Num. 5.

B

Hæc quoad primum punctum; Transeundo ad secundum, ad examinandum videlicet, *an fieri possit concessio Lectionum, quæ exhibentur*. In hisce Lectionibus legitur S. Fulgentium fratrem germanum Sanctorum Leandri, Isidori, & Sanctæ Florentinæ natum fuisse in Ciuitate Carthaginensi, fuisse peritum linguarum Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, & Latine: plura edidisse volumina, quorum præcipuè mentio fit in Breuarijs Hispanicis, ipsum fuisse relegatum à Leovigildo Rege, qui hæresim Arianam sequebatur, fuisse insuper Episcopum Carthaginensem creatum, quæ omnia sicuti non satis solido innituntur fundamento, ita operantur, vt Lectiones propriæ exhibitæ non sint concedendæ.

A

Assumptum modico labore ostendi posset, si reticito Auctoris nomine, animus esset aliena scripta transcribere. Quia verò hoc semper alienum à viro probo, & ingenuo existimaui, hinc est, quod in eo, quod attinet ad punctum, quod relata, & exposita in Lectionibus proprijs, quæ exhibentur non satis solido innitantur fundamento, relatiuè me habeo ad Nicolaum Antonium in Bibliotheca veteri Hispan. tom. 1. lib. 5. cap. 1, vbi eruditus hic Auctor Hispanus benè, & solide demonstrat, non esse tuta ea, quæ de S. Fulgentio Astigitano Episcopo ex antiquis Breuarijs, & Historijs desumpta sunt, & in Lectiones, de quibus agitur translata; in quo rerum statu nihil aliud mihi superest, quàm relatiuè me habere ad prædictum Nicolaum Antonium, & Eños Patres exorare, vt eius dicta, & rationes accuratè de more perpendant.

C

Succedit tertium, *an extensio videlicet fieri possit ad vniuersam Hispaniam*; Et in eo quod spectat ad præsentem inspectionem, duo

262

E A

vi-



videntur adnotanda, alterum, quod S. Fulgentij Episcopi nomen non est descriptum in Martyrologio Romano, alterum, quod concurrente defectu descriptionis nominis in dicto Martyrologio, non videtur, quod conueniat Officium S. Fulgentij extendere ad vniuersam Hispaniam.

Quod autem S. Fulgentij Episcopi nomen non sit descriptum in Martyrologio Romano, patet; Die etenim quarta Aprilis descriptum est in Martyrologio nomen S. Isidori Hispalensis Episcopi; Die 27 Februarij nomen S. Leandri Hispalensis pariter Episcopi; & die 20 Iunij nomen Sanctę Florentię Virginis, & Sororis Sanctorum Leandri, & Isidori prædictorum, & licet die prima Ianuarij descriptum sit in eodem Martyrologio nomen S. Fulgentij, non est tamen nomen S. Fulgentij Astigitani Episcopi, & SS. Isidori, & Leandri, ac Florentię fratris, de quo nunc agitur, sed alterius S. Fulgentij Episcopi Ecclesię Ruspensis; nec vnus S. Fulgentius est cum alio confundendus, vti desumitur ex Cardinali Baronio in notis ad Martyrologium Romanum, & ex Luca Holstennio in ijdem notis ad primam diem Ianuarij, & vberius ex Nicolao Antonio in allegata antiqua Hispania Bibliotheca, vbi ait S. Fulgentium Episcopum Ruspensem fuisse filium Gordiani Senatoris Carthaginensis, & hinc pondus accessisse assertioni, quod Sanctus Fulgentius Astigitanus Episcopus fuerit etiam Episcopus Carthaginensis, confundendo vnā Carthaginem cum alia; & Patriam vnus cum Episcopatu alterius; & vterius gesta, & scripta Ruspensis, & Conciliorum encomia de eodem prolata, ad Astigitanum per æquiocationem in Historijs, & Breuiariorum Lectionibus fuisse translata.

Quod verò stante defectu descriptionis nominis S. Fulgentij Episcopi in Martyrologio Romano, videatur, quod non conueniat eius Officium extendere ad vniuersam Hispaniam demonstratur, cum adsint huiuscę Sacrę Congregationis Decreta, in quibus prohibetur, ne officia concedantur, nisi pro Sanctis in Martyrologio Romano descriptis, & licet germana horum decretorum intelligentia ea sit, vt non concedantur officia pro Ecclesia vniuersali, nisi pro Sanctis in Martyrologio Romano descriptis, aliās decreta aduersarentur literis Apostolicis Gregorij XIII. Martyrologio Romano præfixis, in quibus statuitur, quod Ecclesię, si aliquorum Sanctorum celebrent festum, qui non sint in Martyrologio Romano descripti, eos in illud non inferant, sed separatim habeant descriptos, extensio nihilominus ad vniuersam Hispaniam, est extensio, non ad vnā, aut alteram Diocesim, vel Prouinciam, sed ad magnam Orbis Catholici partem, cui non videtur locum esse posse, nisi adsit præcedens descriptio nominis in Martyrologio Romano.

Ab extensione ad vniuersam Hispaniam transitum faciendo ad cultum cum Octaua, Octauę locus esse non potest, si de vniuersa Hispania loquamur, & de facto licet die 25. Aprilis huius eiusdem anni Officium S. Leandri fuerit ad vniuersam Hispaniam extensum, & quidem



dem sub ritu duplici, non fuit tamen concessa Octaua, nec Octaua pariter eodem die concessa fuit pro Ecclesijs Hispaniarum in honorem S. Isidori, licet eius officium fuerit extensum ad Vniuersam Ecclesiam; quo circa loquendo de Octaua, operæ pretium est, ut videatur an Sanctus Fulgentius Episcopus sit Patronus principalis aliquarum Dioecesum; In eo quippe rerum statu applicabiles erunt Rubricæ de Octaua Patronis principalibus debita.

**E** Remanet, ut sermo instituat de titulo Doctoris; porro licet commendatio doctrinæ in nostrum S. Fulgentium plenè deriuat ex his, quæ habentur apud Lucam Tudensem, ibi = *Tunc temporis Fulgentius Astigitanus Episcopus in nostro dogmate claruit, & apud Rodericum Toletanum lib. 2. cap. 14. ubi refert Leouigildum Regem, dum infirmitate acriter torqueretur, præcepisse filio Recaredo, ut Episcopos ab exilio reuocaret, & Leandrum Hispalensem, & eius germanum Fulgentium Astigitanum, qui in doctrina Ecclesiastica fulgebat insignis, tamquam Patres audiret, & eorum monitis obediret;* plura tamen obstant, quod idem coli possit in Officio titulo Doctoris.

**F** Primū est quod apud Auctores, qui de Ecclesiasticis Scriptoribus meminerunt, & Elenchum composuerunt, nusq; mentio fit S. Fulgentij Astigitani Episcopi, & incongruum maximoperè esset, ut tamquam Doctor in officio coleretur ille, qui ab his, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis Bibliothecas, & Synopsim cōposuerunt, non recensetur.

**G** Secundum est, vel non extare opera à S. Fulgentio conscripta, vel extantia non esse Astigitani, sed Ruspensis Episcopi, uti late ostendit Nicolaus Antonius loco citato, & in eo dictum est. Inconueniens autem esset, ut Doctoris titulo Sanctus ille coleretur, cuius opera genuina non reperiuntur.

**H** Vltimum est, quod ex quo fungor munere fidei Promotoris, ter actum fuit de titulo Doctoris in officijs Ecclesiasticis nonnullis Sanctis attribuendo, primò pro Sancto Petro Damiano, quando fuit ei concessum officium cum Lectionibus proprijs pro Monachis, Eremitis, & Monialibus totius Ordinis Camaldulensis, secundo, quando pro Dioecesi Monasteriensi petita fuit approbatio officij Sancti Ludegij, tertio denique quando petita fuit extensio officij Sancti Isidori ad Vniuersalem Ecclesiam; Porro licet extarent, & extant opera Sancti Petri Damiani, & de hoc Sancto Alexander Secundus in Epistola ad Præsules Galliæ, quæ habetur initio tom. tertij, & quarti operum dicti Sancti Editionis Romanæ, dixerit, *Vobis virum destinare curauimus, quo nimirum post nos maior in Romana Ecclesia auctoritas non habetur, Petrum videlicet Damianum Ostiensem Episcopum, qui nimirum, & noster est oculus, & Apostolicæ Sedis immobile Firmamentum;* & mirabilia de eo fuerint allata quoad doctrinam, & sanctitatem elogia; tum Abbatis Trithemij, tum S. Antonij, Vincentij Bellouacensis, & Aloisij Lipomani, Sacra nihilominus Congregatio die 28. Ianuarij 1719. noluit annuere petitis quoad titulum Doctoris; Similia contingerunt die 15. Maij 1721. in appro-

ba-



batione officij Sancti Ludgerij, licet multa de eius doctrina, & scriptis allata quoque fuerint documenta, & solum Sancto Isidoro datum fuit Antiphonam habere in vtrisque Vesperis *O Doctor optime*; quia tot, & tanta fuerunt ab Eminentissimo Belluga in suo doctissimo suffragio Typis impresso congesta testimonia; tanta sunt operum Sancti Isidori, tum apud Sacros Canones, tum apud Concilia, & Auctores Ecclesiasticos Encomia, vt extensio officij eiusdem ad Ecclesiam vniuersalem, vnà cum titulo Doctoris denegari non potuerit; Cum autem S. Fulgentius non sit quoad doctrinam, & opera, quæ extant, vllò modo comparabilis suo Fratri Sancto Isidoro, & si inter Sanctos æquiparatio est permessa, idem vix æquiparari valeat Sanctis Petro Damiano, & Ludgerio, hinc est, quod denegato his titulo Doctoris, non poterit ille vquam concedi prædicto Sancto Fulgentio.

Haud urgente, quod idem hodie colitur sub titulo Doctoris in Ciuitate Carthaginensi, cum aliud sit, quod dicto ritu colatur in particulari Ecclesia, aliud quod colatur in vniuersa Hispania, item, aliud sit, quod colatur ex antiqua consuetudine, & sine approbatione Sedis Apolicæ, aliud verò quod antiqua consuetudo à Sede Apostolica approbetur.

Atque hæc dicta sint sub Censura &c. saluo semper &c.

*Prosper de Lambertinis Fidei Promotor.*

Die XVI. Ianuarij.

**IN FESTO S. FVLGENTII EPISCOPI.**

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, & Doctori præter ea, quæ hic sunt propria.

*In primis Vesperis.*

Ad Magnificat, Antiphona.

Fulgentius cum Sanctarum Scripturarum fulgore splendesceret, & concionibus suis, & operibus Arianos fortiter oppresserit, insectatoris inimicorum fidei titulum fuit consequutus.

*Oratio.*

Deus qui nobis æternæ salutis Beatum Fulgentium Episcopum Ministrum tribuisti, præsta quæsumus, vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis. Per Dominum.

In primo Nocturno. Lektionen: *Fidelis sermo*, de Communi Confessoris Pontificis.

**IN SECVNDO NOCTVRNO.**

*Ex antiquis Breuiarijs Hispanis, & varijs historijs, & monumentis antiquis.*

*Lectio IV.*

Fulgentius noua natus Carthagine, (1) Parentibus Seneriano, & Turturalex Regia Ostrogothorum stirpe descendens, germanus frater Ss. Leandri, Isidori, & Florentinæ Virginis, & Theodoræ, S. Her-

(1) Constat supra an. 6, vsq; ad 16.

me-



(2)  
Constat num. 1.

(3)  
Constat à num. 31.  
vsque ad 42.

(4)  
Constat n. 12. 13.  
& 37.

(5)  
Constat n. 31.

(6)  
Constat à nu. 31.  
vsque ad 58.

(7)  
Constat à nu. 89.  
vsque ad 110.

(8)  
Constat n. 128. 31.  
& 32.

(9)  
Constat à num. 59.  
vsque ad 67.

(10)  
Constat n. 128.

(11)  
Constat num. 129.  
130., & 131.

(1)  
Constat n. 129.  
& 131.

menegildi Matris, (2) à pueritiâ Magistro Duce Etherio Episcopo  
Bastitano, morû honestate, & omni genere virtutum mire instructus,  
adolescens egregiè etiam excultus in linguarum peritiâ Græcæ, Sy-  
riacæ, Hebraicæ, & Latinæ, tantû in eis profecit, (3) quantum in Isi-  
doro fratre eius ætate minimo ostenditur; quem vnâ cum Leandro à  
pueritiâ optimè erudiuit. (4) Sed præcipuè in diuinorum librorum  
intelligentiâ, scientiâ Dei, & diuinorum mysteriorum adeò eruditus  
euasit, vt ipsemet Isidorus, vt benè expertus, de eo diceret: Ful-  
gentius in confessione Dei, & scientiâ mire claruit. (5) Suæ item sa-  
pientiæ optimum specimen dedit in tot editis voluminibus, quot in  
antiquis Breuiarijs Hispanis memorantur. In illis enim eruditissima  
scripsisse Commentaria in fere totum vetus, & nouum testamentum  
fertur; licet iniuria temporum hæc desiderentur. Et librum etiam  
de fide Incarnationis, & alia opera elaborasse, multorum auctoritate  
discitur. (6) Quibus omnibus meruit, vt tamquam fulgentissimum  
Ecclesiæ lumen haberetur, & Doctoris illustris, & celebris titulum  
apud Hispanos fuerit adeptus. (7) Par fuit eius eruditioni zelus, quo  
æstuabat, Catholicæ Religionis dogmata propagandi, & Arianam  
hæresim penitus extinguendi. Eximius enim studiorum illius quæ-  
stus crebro erat cum Arianis disputationes habere, quibus illorum  
tanta efficacia confutabat errores, vt insectatoris inimicorum fidei  
titulum fuerit consecutus. (8)

R. Inueni Dauid,

Leitio V.

Quod ægreferens Leuigildus Rex Arianus Sororius eius eum rele-  
gavit. (9) Sed numquam ob hoc destitit Arianos hereticos persequi;  
In angusto enim domicilio commorans, vbi grauissimos labores, &  
ærumnas tulit, totus orationi, & studio traditus, assiduè hæreticos  
refellebat, & confortabat Catholicos. Complures etiam ad S. Her-  
menegildum eius Nepotem, ab ipsemet Leuigildo patre captiuum  
factum, literas dedit, quibus ad fidei intrepidam confessionem, mar-  
tyrijque certamen, tanta efficacia, zeloque tam feruido adhortaba-  
tur, vt ostendit euentus. (10) Porro licet ex his Leuigildus animo  
in Fulgentium acriter concitato esset, tanti tamen eius sanctitatem,  
doctrinam, inuictam constantiam, ac zelum Religionis habebat, vt  
postquam necem filio suo Hermenegildo inflixisset, instante morte,  
de flagitio tanto penitens, Recaredo filio suo præcipere non dubita-  
uerit vt Fulgentium in doctrina Ecclesiastica mirè fulgentem, tam-  
quam Patrem vnâ cum Leandro audiret, & vtriusque monitis ob-  
temperaret, eorumque consilio, & operâ, vt fidem Catholicam ad  
suum pristinum statum in Regno restitueret, semper vteretur. (11)  
Mortuo Leuigildo, & Recaredo regnante, munus suum erga eius  
nepotem adeo impleuit, & cum fratre suo natu maiore Leandro  
sic ad laborauit, vt in Concilio Toletano III., vbi hæresis Ariana  
fuit iterum dampnata, & abiurata, nondum ad Episcopales infulas  
assumptus, mira sua doctrina, eruditisque operibus, & argumentis  
Aria-



Arianos omnes fortiter oppresserit. (12) Exhinc Episcopus creatus, Astigitanam, & Carthaginensem miro zelo, & exemplo rexit, & erudiuit Ecclesias. (13)

R. Posui adiutorium.

### LECTIO VI.

In primis enim ut vita sua omnibus exemplo esset, ab inceptæ vitæ instituto non recedens, in se apprimè seuerus, oratione, inedia, vigilijs, alijsque mortificationibus carnem macerabat, in omnique genere virtutum cunctis se exemplar præbebat. Tantoque zelo salutis animarum sibi commissarum æstuabat, quod in procurando omnibus modis earum spirituali profectu indefessus erat. Itaque pro Arianae perfidiæ totali extinctione, & Religionis Catholicæ amplificatione perpetuò insudabat: Verbi diuini prædicationi frequenter incumbebat: Cleri mores strictiori disciplina seuerè adstringebat: de obseruantia Sacrorum Canonum, & Conciliorum maximè curabat: Utque omnes sui illis parerent, continuò satagebat. (14) Et tandem cum ægrotaret, ac migraturum se breui præfagiret, Sacro Viatico, aliorumque præsidio Sacramentorum munitus, ferè septuagenarius, mense Ianuarij Carthagine obdormiuit in Domino. (15) Sepultus fuit in sua Basilica ad Aram S. Io: Baptistæ, (16) & cum multis cælitus illustratum miraculis (17) Diocesis Carthaginensis, & Placentina vt Primarium suum colit Patronum: (18) Ordo etiam Benedictinus, vt suum splendidissimum iubar veneratur. (19) Post 34. annos ab eius obitu Hispalim eiusdem Sacrum corpus fuit translatum, vt cum reliquijs germanorum eius Isidori, Leandri, & Florentinæ locaretur. (20) Exhinc ignotum, & occultum ob Maurorum incursionem permansit, vsque ad tempora Alphonsi XI. ad Berzocanam Oppidum Placentinæ Diocesis. Tunc simul cum corpore Florentinæ, & Sacratissima Imagine Deiparæ Virginis Guadalupensis inuentum est, (21) & ipsorum sacræ reliquiæ diuisæ, alijs in Placentina Diocesi remanentibus, alijs in Carthaginem delatis, dein Murciam vnà cum Cathedrali translatae, vbi magna populi veneratione coluntur. (22)

R. Iste est.

### IN TERTIO NOCTVRNO.

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM MATTHEVM CAP. 5.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Isidori Hispalensis ex libro 2. Officiorum ad Fratrem suum Fulgentium Episcopum. Cap. 5.

Qui erudiendis atque instituendis ad virtutem populis præerit, necesse est vt in omnibus sanctus sit, & in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus. Nam qua fronte subiectos arguere poterit, cum illi statim possit correptus ingerere, ante doceat quæ recta sunt? Primus quippè semetipsum corrigat, qui alios ad bene viuendum admonere debet.

ita

(12) Constat an. 131. vsq; ad 134.

(13) Constat an. 68. vsque ad 82.

(14) Tamaius in Martyrologio Hispano in vita S. Fulgentij die 15. Ianuarij pag. 156. & 157.

Quintana Dueñas in vita S. Fulgentij c. 1. extat apud Bollandam die 14. Ianuarij.

P. Martinus de Roa de SS. Astigitanus lib. 2. cap. 5. Bollandus in Vita S. Fulgentij §. 2. n. 10. cum Marietta, Spinosa, & Lucio Marineo Siculo.

(15) Roa vbi proxime.

Tamaius vbi proxime: Quintana Dueñas, vbi proxime cap. 3. Bollandus vbi proxime §. 1. n. 2. cum Marietta, Marineo Siculo, Vasco, & Tarapha.

(16) Iidem ibidem.

(17) Ioannes Vaseus in Chronico ad annum 591.

Quintana Dueñas vbi proxime cap. 3. Bollandus non dissentiens.

(18) Constat n. 102., & 103.

(19) Quintana Dueñas vbi proxime cap. 3.

Constantinus Caietanus, & Sandoualius apud Bollandū vbi proxime in notis ad cap. 3. lit. O.

(20) S. Ildephonsus in carminibus de sua translatione extant apud Tamaium vbi proxime fol. 13.

Lucius Marineus Siculus de rebus Hispan. lib. 5. extat in Hispania illustrata tom. 1. pag. 335.

P. Martinus de Roa vbi proxime.

Quintana Dueñas vbi proxime.



Bollandus in notis ad cap. 3.  
lit. A. cum Marineo Siculo,  
Tarapha, & Primo Cabilo-  
nensi.

(21)

Tamaius vbi proxime f. 158.

P. Roa vbi proxime.

Quintana Dueñas vbi proxi-  
me.

Bollandus vbi proxime.

(22)

Ferrarius in Cathalogo ge-  
nerali SS. ad diem 7. Ian.

Merietta lib. de SS. Hispa-  
nis die 8. Ianuar.

Quintana Dueñas vbi proxi-  
me.

Tamaius vbi proxime.

P. Roa vbi proxime.

Bollandus in notis ad cap. 3.  
lit. B.

ita vt in omnibus semetipsum formam viuendi præbeat, cuncto-  
que ad bonum opus doctrina & opere prouocet. Cui etiam scientia  
scripturarum necessaria est; quia si Episcopi tantum sancta sit vita,  
sibi soli prodest, sic viuens. Porro si & doctrina, & sermone fuerit  
eruditus, potest ceteros quoque instruere, & docere suos, & ad-  
uersarios reuincere, qui nisi refutati fuerint, atque conuicti, facile  
possunt simplicium corda peruertere.

R. Amavit eum Dominus.

*Leitio VIII.*

Huius sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus grauitatis, &  
honestatis, plenus suauitatis, & gratiæ, tractans de mysterio legis,  
de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina iustitiæ,  
vnumquemque admonens diuersa exhortatione, iuxta professionem,  
morumque qualitatem, scilicet, vt prænoscat quid, cui, quando, vel  
quomodo proferat. Cuius præ cæteris speciale officium est, scriptu-  
ras legere, percurrere Canones, exempla Sanctorum imitari, vigi-  
lij, ieiunijs, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere,  
nec quemquam de membris suis discerpere, nullum damnare, nisi  
comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quique  
ita humilitate pariter & authoritate præesse debet: vt neque per ni-  
miam humilitatem suam, subditorum vitia conualescere faciat: ne-  
que per immoderantiam seueritatis, potestatem exerceat; sed tanto  
cautius erga commissos sibi agat, quanto durius à Christo indagari  
formidat.

R. In medio Ecclesiæ.

*Leitio IX.*

Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus charitatem,  
sine qua omnis virtus nihil est: Custos enim castitatis charitas, locus  
autem huius custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia,  
& castitatis eminentiam; ita vt mens Christi dedita, ab omni iniqui-  
tamento carnis sit munda, & libera. Inter hæc oportebit cum sol-  
licita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere,  
vestire nudos, suscipere peregrinos, captiuos redimere, viduas ac  
pupillos tueri, peruigilem in cunctis exhibere curam, prouidentiam  
habere distributione discreta. In qua etiam hospitalitas ita erit præ-  
cipua, vt omnes cum benignitate, & charitate suscipiat. Si enim  
omnes fideles illud Evangelicum audire desiderant, Hospes fui &  
suscepistis me, quanto magis Episcopus, cuius diuersorium cuncto-  
rum debet esse receptaculum.

Te Deum laudamus.

*Ad Benedictus Antiphona.*

Fulgentius dum in exilio pro fide Catholica esset, S. Hermenegildum  
Nepotem suum vinculis oppressum ad constantem fidei confessio-  
nem, martyrijque certamen per literas adhortabatur.

*Oratio*

Deus, qui populo tuo &c.

In



*In secundis Vesperis*

Ad Magnificat Antiphona.

Leouigildus Gotorum Rex instante morte Recaredo filio suo præcepit, vt Fulgentium in doctrina Ecclesiastica mirè fulgentem, tamquam Patrem, vnà cum Leandro audiret, & vtriusque monitis obtemperaret.

*Oratio.*

Deus qui populo tuo &c.

Cum iuxta Rubricas.

Ob festa Sanctorum occurrentia in octaua S. Fulgentij, non nisi die octauo de ea recitari valeat; exponuntur Lectiones pro dicta die approbandæ, vt in Diocesis Carthaginensi, & Placentina recitari queant.

Die XXIII. Ianuarij.

Octaua S. Fulgentij duplex. Octaua vt in die, præter ea, quæ hic habentur.

*In primo Nocturno.*

Lectiones de scriptura occurrente.

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

*Ex libro 3. sententiarum S. Isidori Hispalensis, cap. 45.*

Quibus docendi forma commissa est, multum subeunt periculi, si contradicentibus veritati resistere noluerint, dum Propheta Doctorem Ecclesiæ instruat ad summum vsque iustitiæ peruenire, cum dicit: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, scilicet, vt ita præmineat merito, sicut & gradu. Sequenter, ne fortè debeat à docendo timore restringi, audiat: Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere. Vndè & Hieremiæ ita Dominus ait: Accinge lumbos tuos, & surge: loquere ad eos ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Vndè apparet, quia & non timere, donum Dei est.

R. Inueni David &c.

*Lectio V.*

Qui personam potentis accipit, & veritatem loqui pertimescit, grauis culpæ mulctatur sententia. Multi enim Sacerdotes metu potestatis veritatem occultant, & habentur rei, qui à bono opere, vel à iustitiæ prædicatione, rei alicuius formidine, aut potestate terrente aueruntur. Sed heu, proh dolor, inde metuunt, quia vel amore rerum secularium implicantur, vel quia aliquo facinoris onere confunduntur. Multi Præsules Ecclesiarum timentes ne amicitiam secularium perdant, & molestiam odiorum incurrant, peccantes non arguunt, & corripere pauperum oppressores verentur: non pertimescentes, quod de veritate sint reddituri rationem, pro eo quod conticescunt de plebibus sibi commissis.

R. Posui adiutorium &c.

*Lectio VI.*



ita vt in omnibus sibi metipsum formam viuendi præbeat, cuiusmodi  
que ad bonum opus dicitur. *Lectio VII.* Cuiusmodi  
Quando à potentibus pauperes opprimuntur, ad eripiendos eos boni  
Sacerdotes protectionis auxilium ferunt: nec verentur cuiusquam  
inimicitarum molestias, sed oppressores pauperum palam arguunt,  
increpant, excommunicant: minusque metuant eorum nocendi  
insidias, etiã si nocere valeant: bonus enim Pastor animam suam  
ponit pro ouibus. Sicut Peruigil pastor contra bestias, oues cu-  
stodire solet; ita & Dei Sacerdos super gregem Christi sollicitus  
esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor infestet: ne poten-  
tioris cuiusquam cupiditas vitam pauperum inquietet. Præui au-  
tem pastores non habent curam de quibus, sed sicut legitur in  
Euangelio de mercenarijs, vident Lupum venientem, & fugiunt,  
'Tunc enim fugiunt, quando potentibus tacent, & malis resistere  
metuunt.

R. Iste est qui ante Deum &c.

### IN III. NOCTVRNO.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Cap. 5. obnoxijs habet: ut neque per ar-

In illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ, quod  
si sal euauerit in quo salietur? Et reliqua.

*Lectio VII.*

*Ex Libro 3. sententiarum S. Isidori Hispalensis. Cap. 46.*

Boni Pastores populi debent delicta deslere, & totos se planctibus  
tradere, imitantes Hieremiam Prophetam dicentem: Quis dabit  
capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo  
die, ac nocte interfectos populi mei? Tamquam propria igitur  
delicta plebis peccata Sacerdos flere debet, sed affectui compa-  
riendi non accusatione commissi. Nonnulli Præsules gregis quos-  
dam pro peccato à comunione eijciunt, vt pœniteant, sed quali-  
tèr post viuere debeant, ad melius exhortando non visitant. Qui-  
bus congruè sermo diuinus increpans comminatur: Pastores qui  
pascitis populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis,  
& non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studio-  
rum vestrorum. Bonorum studia Sacerdotum multa diligentia  
etiam parua plebis facta perquirunt, vt dum in minimis subdito-  
rum peccatis se acerrimos præstant, de maioribus malis cautos sibi  
subiectosque, ac solitos faciant.

R. Amavit eum Dominus &c.

*Lectio VIII.*

Sicut Medici, morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros ve-  
ro ne irrepant, medicinæ obiecto quadam præscientia antecedunt:  
ita, & doctores boni, sic ea, quæ malè acta sunt, resecant, vt  
ea, quæ admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina sua succurrente,  
præueniant. Qui blando sermone castigatus non corrigitur, acrius  
necesse est, vt arguatur. Cum dolore enim abscindenda sunt, que  
le-



lenitè sanari non possunt. Qui admonitus secrete de peccato corrigi negligit, publicè arguendus est, vt vulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debeat emendari; Manifesta peccata non sunt occulta correptione purganda, Palàm enim sunt arguendi, qui palàm nocent; vt dùm aperta abiurgatione sanantur, hi, qui eos imitando delinquerant, corrigantur, Dum vnus corripitur, plurimi emendantur. Vtilius est enim; vt pro multorum saluatione vnus condemnetur, quam per vnus licentiam multi periclitentur.

R. In medio Ecclesiæ &c.

Ità contrà delinquentes sermo est proferendus, sicut eius qui corripitur exoptulat salus. Quod si opus est aliquam medicamenti asperitatem verborum prædicatione aspergere, lenitatem tamen corde opus est retinere. Doctores nonnunquam durius feriunt increpationibus Subditos; qui tamen à charitate eorum, quos corripiunt, non recedunt. Sæpè Ecclesiæ censura, arrogantibus videtur esse superbia; & quod à bonis piè fit, crudelitè fieri putatur à prauis; quia non discernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo. Notandum est vehementè ab omni Pontifice, vt tanto cautius ergà commissos agat, quanto durius à Christo iudicari formidat; nam sicut scriptum est; In qua mensura mensi fueritis, in ipsa remetietur vobis.

Te Deum laudamus,







Circa causam S. Fulgentij Eminentissimus Ponens inueniens Claudium Chastellain Canonicum Parisiensem in Notis quas initio sæculi præsentis ædidi ad Martyrologium Romanum in nonnullis dissentire ab eis, quæ in Scriptura tradita sunt, ea communicare dignatus fuit, vt satisfieri amplius pro recto iudicio suo formando, valeant. Et licet in Scriptura distributa multa sint, quibus iudicio nostro, Claudij animaduersionibus fit satis; tamen ad ipsa nos remittendo, nonnulla pro pleniori satisfactione singulis capitibus reponemus.

**C** *Laudio Chastellain, Canonico della Metropolitana di Parigi nelle sue Note al Martirologio Romano, da lui tradotto in Francese sotto il primo giorno di Gennaio parla del nostro Fulgenzio, fratello di S. Leandro, e di S. Isidoro.*

1 Nullum inter Scriptores Gallos hic modernus Martyrologij annotator nomen habet, cum pro munere non aliud sibi arripuerit, quam ex latino Martyrologium Romanum in Gallicum vertere, & aliquas Notas, seu potius animaduersiones in illud producere: quam ob rem Magister Graueffon Doctor Parisiensis, & Casanatensis Theologus in sua moderna historia, in qua de omnibus, qui aliqua, & si minima scripserunt, meminit, consulo nullam mentionem de illo, & si Nationali suo, fecit, vt ipsemet viua voce testatur.

*Dice che egli fu solamente Vescouo Astigitano, sotto il quale titolo si vede sottoscritto à un decreto del Rè Gundemaro, & al secondo Concilio di Siuiglia.*

2 Ex antecedenti verò falsam infert consequentiam. Verum est S. Fulgentium subscripsisse in quodam Concilio Toletano decreto Gundemari, adhuc, & Hispalensi II., non autem ita, quod ex hoc inferatur, non fuisse Episcopum Carthaginensem, ob rationes ad longum in Scriptura allatas à num. 79. vsque ad 81. omnino videndas.

*Che senza verun fondamento gli si attribuisce il Vescouado di Cartagena: Esser ciò preso da falsi, e supposti Cronisti, come è Luitprando, il quale da Cartagena lo vuole trasferito alla Chiesa Astigitana, e da questa lo riconduce di nuouo à Cartagena; e Giuliano, che gli attribuisce il terzo Vescouado di Murcia: Che i più dotti frà i moderni Spagnuoli con Sandoual non amettono il detto Vescouado di Cartagena, potere essere nato tal errore dal sapersi, che Seuerino Padre di Fulgenzo era della Prouincia Cartaginese.*

3 Quidquid sit de veritate, vel falsitate horum antiquiorum Chronicorum (qui sæculo præterito reperti fuerunt, & in lucem editi à Pa-



tre Iguera Societatis Iesu ) in quo divisi sunt Auctores alij affirmantes, & ex criticis modernis negantes alij; ex eo quod, multa inue-  
 rificabilia in illis inueniri existimant. Si Claudius legisset primum  
 Cabilonensem Episcopum Nationalem suum, qui scripsit anno 1450  
 laudatum in Scriptura *num. 70.*, & 135. minimè dixisset, quod ex  
 Nota constat. Et idem illi accideret, si aliarum Nationum Marty-  
 rologia, & Auctores fuisset rimatus. Vt Martyrologium Mau-  
 ricij Natione Itali, qui paulò post Primum Cabilonensem scripsit,  
 vt videre est *num. 71.*, & Ferrarium etiam Italum in suo Martyro-  
 logio, quod edidit de Sanctis, qui in Martyrologio Romano non  
 sunt, quem *num. 70.* dedimus, & Lucium Marinæum etiam Ita-  
 lum vt *num. 71.*, & Vasçum Belgam, vt *num. 72.* si hos inquam  
 grauissimos Auctores testantes de Episcopatu Carthagenensi Ful-  
 gentij legisset, qui omnes scripserunt antequàm notitia vlla de  
 Luitprando, & Iuliano habita fuisset, & si alij Scriptores nihil de  
 hoc fuissent locuti, sufficeret, vt nec per somnium similem animad-  
 uersionem produceret.

- 4 Cum ergo præter allatos, omissis Auctoribus Hispanis modernis,  
 quos retulimus à *num. 68.* vsque ad *78.*, habeamus etiam ex Hispa-  
 nis antiquis S. Ildephonsum vt *num. 14.* & *69.* Maximum Fulgen-  
 tij contemporaneum vt eodem *num. 60.* Franciscum Tarafam vt  
*num. 72.* Martyrologium Hispanum vt *num. 70.*, & Breuiaria om-  
 nia antiqua quibus perpetuo Hispanæ Ecclesiæ vsque ad S. Pium V.  
 vsæ fuerant, relata à Nicolao Antonio, vt *num. 18.* & à Biuario  
*num. 100.* & ab eodem, & P. Martino de Roa, & Tamaio, vt  
*num. 35.* & à P. Quintanadueñas in vita, quam tradit, & sequi-  
 tur Bollandus, vt *num. 77.*, in quibus vt Episcopus Carthagenen-  
 sis traditur, imo primo, & secundo Carthagenensem Episcopum  
 fuisse, vt dicto *num. 77.*, quod nec ex Luitprando, nec ex Iuliano  
 desumi potuit; Ex hoc amplius apparet, quam sine fundamento,  
 nullo præcedente debito examine, vt Notæ in Martyrologium re-  
 quirebant, commemoratus Claudius ductus fuit ad negandum Ful-  
 gentium, etiam semel Episcopatum Carthagenensem obtinuisse, ex  
 eo solo, quod vnum, vel alterum Auctorem Hispanum inuenit de  
 hoc dubitantem, & quidem non alia ratione, nisi ea, quam idem  
 Canonicus adducit *num. 2.*, & quam ad facietatem satisfactam in  
 scriptura dedimus.
- 5 Et sanè si Scriptores Nationis suæ fuisset percuntatus, præter Primum  
 Cabilonensem Episcopum, alios inuenisset in hoc idem concor-  
 dantes. Certè hoc solum illum debuerat pudere, quod Guillel-  
 mus Caue vir acris ingenij licèt aliundè repellendus, ac propterea  
 omissus in scriptura, in historia sua literaria Scriptorum Ecclesia-  
 sticorum sæculo 6. fol. 306. de S. Isidoro loquens ait: *Isidorus iu-  
 nior ( vt ab Isidoro Cordubensi distinguatur ) dictus, gente Hispanus,  
 Seueriani Carthaginis in Hispania Præfæcti, & Turturæ filius.*  
 Duos



*Duos Episcopos fratres habuit, Fulgentium Carthaginensem, & Leandrum Hispalensem.*

6 Ludouicus Moreri suæ etiam Nationis ( qui & fuit in scriptura omis-  
sus ) in suo dictionario historico tom. 3. litera 1. fol. 270. de  
S. Isidoro, sermone Gallico in Latinum conuerso hæc ait: *Filius  
fuit Seueriani Gubernatoris Carthaginis, & frater Fulgentij eius-  
dem Ciuitatis Episcopi, ac Leandri Archiepiscopi Hispalensis.* Qui-  
bus si laudatum Magistrum Grauetson Doctorem Parisiensem, de  
quo num. 101. addamus, ex suismet Scriptoribus manet reiectus,  
adhuc, & iudicium firmatum de auctoritate quam hæc Nota,  
adhuc, & reliquæ merentur.

7 Quibus omnibus subiungendo testimonium Collegij Complutensis  
Societatis Iesu eodem num. 101. laudatum, ac Bollandi num. 78.,  
qui de S. Fulgentio sub hoc titulo agit *de S. Fulgentio Episcopo  
Astigitano, & Carthaginensi*, & epistolas Capitulorum Ecclesia-  
rum Hispaniæ, & tandem literas Serenissimi Regis Catholici ad  
Sanctissimum D. Nostrum directas pro hac gratia impetranda, in  
quibus de S. Fulgentio uti de Episcopo Carthaginensi agunt, ex his  
omnibus haud solum concludentissimè demonstratur assumptum,  
sed, & modernum Canonicum in sua Nota, seu animaduersione  
planè à veritate historiæ deuiasse, fit manifestum.

*Pare poi, che dubiti ancora della Santità. Dice, che si honora come San-  
to da alcune Cbiese di Spagna, le quali non trouandolo in verun anti-  
co Martirologio, ne sapendone il giorno della morte lo collocarono  
doppo S. Fulgentio Africano. Che in Siuiglia si celebraua alli 8. di  
Gennaro, ma riceuuto poi colà il Breuiario Romano, si tralasciò di  
farne l'officio ripigliato solamente l'anno 1624.*

Mirari sanè non deberemus, etiam si de Sanctitate Fulgentij dubi-  
tasset, quandoquidem cui licuit tanta cum securitate Carthaginen-  
sem Episcopum negare, eadem poterat negare Sanctum; sed pe-  
riculo tanto non se exposuit, nam ex eiusmet verbis apparet de hoc  
minimum dubium habuisse: tantummodo enim narrat in die cele-  
brationis eius Festi Ecclesias Hispanas quæ de illo officium agunt,  
variare, quia cum Martyrologia antiqua de eo mentionem non fa-  
ciant, de die obdormitionis eius non constat, quod idem obserua-  
uit Bollandus in eius vita, initio num. 1. Et sane si aliud ex nota præ-  
fati Canonici inferri posset, sustineri ab Ecclesia non deberet, sed  
prorsus explodi, ob iniuriam quam Nationi Hispanæ, ac eius Ec-  
clesijs, inferret, quæ ab immemorabili tempore, sicut Leandrum,  
& Isidorum, sic Fulgentium non solum tanquam Sanctum officio  
proprio semper coluerunt, sed etiam tanquam Patrem, Magistrum,  
& Doctorem pariter semper veneratę sunt, ut ex antiquis Breuarijs  
Hispanis numero 4. laudatis, & ex tota Scriptura per manus di-  
stributa constat, sicut & alios Sanctos, officio ab Ecclesia concesso  
vniuersa Hispania celebrat, qui nec in Martyrologijs antiquis,



adeoque nec in Romano (ex quibus ad præsentem methodum compositum, & adactum fuit, vt ait Baronius in tractat. de Martyrologio Romano cap. 9.) vt de S. Rudelindo Mindonensi Episcopo, de S. Liberata (& quidem cum officio secundæ Classis) de S. Petro Episcopo Oxomeni exposuimus num. 84. quibus, & subiungimus S. Froilanum Episcopum Legionensem, cui pro omnibus Cathedralibus Ecclesijs sanctæ memoriæ Innocentius XI. concessit, vt sub officio duplici secundæ classis celebrari posset: quorum officia inserta sunt ad calcem Breuiarij Romani pro vsu Regni Hispani, vt Eminentissimo Ponenti ostensum est. Nam licet in Martyrologio Romano non inueniantur adscripti, & consequenter nec in antiquis Martyrologijs, quia tamen constitit suas Ecclesias tanquam Patronos ab immemorabili illos habuisse & coluisse, eo Ecclesia non dubitauit pro vniuersa Hispania illis officium concedere.

- 9 Et alios innumeros adijcere possemus quos particulares Diœceses ab immemorabili, officio de communi celebrant, vel quia eorum Patroni sunt, vel naturales, vel quia eorum corpora, seu insignes ipsorum reliquias possident, qui pariter nec in Martyrologio Romano sunt, nec in antiquis, ex quibus fuit compositum: vt accidit in Sancto Fulgentio. Et hoc non auctoritate propria, sed auctoritate Sanctæ Sedis. Nam licet benè verum sit, quod S. Pius V. in sua Constitutione quæ initio Breuiarij Romani extat, statuit, vt in nullo Regno de alijs Sanctis posset officium fieri, quam de illis qui in nouo Breuiario, & Missali continebantur; tamen bonæ memoriæ Gregorius XIII. suo motu proprio, quod incipit *Emendato iam Kalendario* sub datum XIV. Ianuarij 1584., qui impressus inuenitur initio officiorum pro Regnis Hispaniæ concessorum (& ostensus etiam est Eminentissimo Domino Ponenti) sic Pianam Constitutionem temperauit: *Nos huic incommodo occurrere volentes, & prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes, declaramus, vnamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breuiario non sunt descripti, officia propria celebrare posse, qui vel illius Diœcesis sunt naturales, vel eius Ecclesiæ, seu Diœcesis sunt Patroni, vel eorum corpora, seu notabiles reliquie in ea Ecclesia, seu Diœcesi requiescunt.*
- 10 Et ne locus relinquatur, vt vel dubitari valeat, si hæc facultas intelligenda venit de illis Sanctis Patronis, vel naturalibus &c., qui in Martyrologio Romano sunt adscripti, licet in Breuiario Romano locum, & diem assignatum non habeant; eiusdem bonæ memoriæ Gregorius XIII. in suo similiter motu proprio, qui initio Martyrologij Romani inuenitur impressus hæc habet: *Mandamus igitur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque Ecclesijs, Monasterijs, Conuentibus, Ordinibus, siue secularibus, siue Regularibus quibuscumque Præfatis, vt in peragendo diuino in Choro Officio, omni alio Martyrologio amoto, hoc tantum no-*

stro



stro utantur, nulla re addita, mutata, adempta. Si quos alios habuerint Sanctos in suis Ecclesijs, aut locis celebrari solitos, eos in hunc librum ne inferant, sed separatim descriptos habeant, cumque illis locum, atque ordinem tribuant, qui regulis hic descriptis traditur. Vbi habemus disertissimis verbis de medio omnem rationem dubitandi tollere, exprimereque opus non esse, vt in Martyrologio Romano contineantur, quatenus de illis ex consuetudine recitari valeat. Si enim omnes Sancti, qui in vniuersa Ecclesia celebrantur in Martyrologio Romano essent adscribendi, nulli sufficerent libri, etiam methodum illam breuissimam seruando, quam Martyrologium seruat, ad illos exprimendos. Itaque Bollandus in præfatione ad acta Sanctorum cap. 5. §. 2. post medium, ait: *Neque enim in moderno Romana Ecclesiæ Martyrologio, vt fatetur Baronius lib. 8. libelli de Martyrologijs, omnium inscripta Sanctorum nomina sunt, nec vsquam in vno aliquo. Rectè enim Molanus abyssum quandam censet futuram, si quis de omnibus Sanctis, vel breuiter loqui voluerit.* Ideoque ipse Baronius in suis Notis ad Martyrologium de multis Sanctis meminit, qui in Martyrologio non inueniuntur adscripti, quos inter de nostro Fulgentio Hispano in Notis ad diem quintam Ianuarij, vbi de altero Fulgentio Martyrologium memoriam facit, vt optimè R. D. Promotor Fidei in suis animaduersionibus etiam confessus est.

11 Ex quibus omnibus nedum constat memoratum Canonicum de Sanctitate Fulgentij nec minimum dubium habuisse; verum etiam, quod & si de hoc forsan dubitauisset (vt Eminentissimus Ponens suspicatur) plenissimè adhuc satisfactum ex dictis manet; vna simul cum informatione 12. testibus firmata de immemorabili quæ ab anno 1702. (à quo tempore introducta hæc causa fuit) registrata inuenitur in manibus Eminentissimi Ponentis, ex qua adhuc, & ex clausula Synodi Carthaginensis celebrati anni 1585. constat ab immemorabili tempore vti Patronum principalem, imò & vnicum Sanctum Fulgentium in illa Diocesi celebratum semper fuisse, de quo etiam testatur Bollandus, Ferrarius, Nicolaus Antonius, & Quintanaduenas vt num. 71. 102. & 103. ex Scriptura constat.

*Che Quintanaduenas Giesuita, il quale riferisce la vita registrata di poi appresso il Bollandò trà gli altri errori attribuisce a questo Fulgenzio vn Elogio dato veramente a Fulgenzio Africano da S. Giuliano Arcivescouo di Toledo nel decimo quinto Concilio Toletano, nominandolo con Sant' Ambrogio = Celebrem toto Orbe Doctorem = E conchiude, che il resto di quella vita, est a-peu-pres de meme aloy.*

12 Mittimus verba trà gli altri errori, & illa, est a peu pres de meme aloy nec pietatem, nec eruditionē sapientiā, quibus Quintanaduenas turpiter ledit, & Bollandum eius vitam sequentem tacitè fugillat, atque Nationem Hispanam non leuiter offendit, cum responderi melius sic scribenti haud possit, quam silentio. Et notæ eius satisfaciendo, ex suis met verbis satis apparet voluntarie hoc dixisse, quando



quidem nullam pro animaduersione sua ipse affert auctoritatem, nec rationem; nos autem multos Scriptores cum Quintanadueñas idem sentientes num. 91. & 92. dedimus, & tot præterea solidissimas rationes omninò videndas à num. 106. vsque ad 110. quas in Scriptura produximus, quod memorato Canonico dicere possemus, quod Bollandus in præfatione ad acta Sanctorum cap. 3. §. 4. in non dissimili casu aiebat: *Quæris unde mihi constet fecisse Deum quidquam, quod memoratur; Unde tibi constat non fecisse? Auctorem profero, qui asserat: Habes qui neget? Si habes, utrius potior fides? Si non habes, & fieri fateris posse; vide, ne temerarium sit absque ulla ratione negare esse factum.* Undè constat Claudio Castelain S. Iulianum cum 72. PP. Concilio Toletano assidentibus de Fulgentio Hispano non fuisse locutum, ut hoc tam asseueranter neget?

13 Sanè hic modernus Canonicus non aliud fecisse in suis Notis videtur, nisi ea transcribere, quæ in Nicolao Antonio, cuius nomen tacuit, notata adinuenit, sed poterat subiungere, quod de mira Fulgentij Doctrina ipsemet tradit illum Fratri suo Isidoro æquando, ut num. 100. dedimus. Quo sane arduum sibi uon fieret credere tantum eloquium de Fulgentio Hispano fuisse dictum: Et sane nec per somnium illi accideret, si Scriptores antiquos fuisset rimatus. Si enim requisisset quæ, & quanta fuerit nostri Fulgentij sapientia, & doctrina, inuenisset S. Isidorum de Fratre suo sic loquentem *Fulgentius Episcopus in confessione Dei, & scientia claruit, ut numer. 89.* vidimus. Inuenisset S. Idelphonsum qui Doctorem bis appellat, ut eodem numero. Inuenisset in Bibliotheca veterum Patrum Vvalafredum Strabonem, qui sæculo IX. scripsit qui Fulgentium nostrum *secundum Fulgentium appellat* ut num. 95. Inuenisset Lucam Tudensem qui inito sæculi XIII. scribens ait: *Fulgentius Astigitanus in nostro dogmate claruit, ut num. 94., & alibi: Gloriosissimos etiam Doctores Leandrum Fulgentium &c. ut num. 31.* Inuenisset Rodericum Toletanum medio sæculo illum præcedentem qui ait: *Fulgentius Astigitanus qui in doctrina Ecclesiastica fulgebat insignis, ut nu. 33.* Inuenisset antiqua manuscripta eiusdem sæculi XII. quæ in vita S. Isidori sequitur, & mirè laudat Papebrochius, quæ sic de Fulgentio eius Fratre, & Magistro loquuntur: *Fulgentius qui fulgore Sanctarum Scripturarum, & Operum uniuersalem irradiauit Ecclesiam, Almus Doctor, & Præsul Clarissimus.* Inuenisset Martyrologium Hispanicum sic dicens *Fulgentius . . . vir literis egregiè excultus, ut librorum ab ipso compositorum indicant volumina, ut num. 96.*

14 Inuenisset ex Scriptoribus suis Gallis Primum Cabilonensem Episcopum, qui scripsit anno 1450. dicentem = *Fulgentius expugnatis Arianis fidem restituit, ut num. 98.* Inuenisset Marinæum Siculum Italum, qui ait = *Fulgentius concionibus suis, & miris operibus Arianos omnes fortiter oppressit, & Christianos, qui à Fide Christi nonnihil erant*



erant alienati, summa prudentia, & exemplis ad pristinum Dei cultum reduxit. Fuit autem vir eruditissimus, vt num. 132. Inuenisset Ioannem Magnum Archiepiscopum Vpsalensem ex partibus Germaniæ dicentem = *Præcipui autem cooperatores, & auctores, quibus Gothica gens, abnegata hæresi, ad Orthodoxam Fidem conuersi fuerunt, erant tres Sanctissimi Pontifices, & ex Gothico, & Regio sanguine procreati, Leander, Fulgentius, & Isidorus, quorum opera effectum est, vt nunquam deinceps apud Hispanos Religio cessaret, vt num. 99.* Inuenisset Ioannem Basæum Belgam sic alloquentem = *Hoc tempore floruerunt in Hispania tum vita sanctitate, tum eximia eruditione celebres S. Leander Hispalensis, S. Isidorus, S. Fulgentius &c.* Inuenisset Bollandum etiam Belgam dicentem = *Illustri ortus genere, Recaredi Regis Auunculus, exilium pro Fide sub Leouigildo Sororio perpeffus, doctrinæ præterea florebat, vt num. 101.*

15 Inuenisset ex grauioribus Scriptoribus Hispanis, qui sæculo 15, & 16, scripserunt Franciscum Tarafam dicentem = *Arianos omnes cum vir esset eruditissimus operibus suis fortiter oppressit, vt num. 98.* Inuenisset Alphonsum de Cartagena Archiepiscopum Burgensem, qui ait = *Recaredus per Leandrum, & Fulgentium auunculos suos totius Gothicæ gentis populos, Ariani erroris labe deterfa, ad cultum rectæ Fidei reuocauit, vt num. 97.* Inuenisset Rodericum Sanctium Episcopum Palentinum de Recaredo loquentem, qui hæc de Fulgentio ait = *Hic à Sanctis viris Leandro, & Fulgentio à cunabulis eius in Fide instructus fuit, & à Populis suis Arianam hæresim, in Concilio Toletano congregatis multis Catholicis Episcopis, extirpauit, vt n. 131.* Inuenisset Marianam, qui de Recaredo loquens ait = *Leandri præterea, & Fulgentij opera, & vniuersam ditionem ad veram Religionem, atque veterem reuocasse, vt num. 131.* Inuenisset Biuarium dicentem = *Quo sanè Fulgentius Diuo Hieronymo palmam potuisset præripere, si illum præcessisset.* Et tandem ommissis omnibus alijs Hispanis Scriptoribus, quos dedimus à num. 91. vsque ad 101, & à num. 128. vsque ad 139, & illis etiam, quos in comprobationem suorum Operum dedimus à num. 45. vsque ad 58. Inuenisset elogium illud Collegij Complutensis Patrum Societatis Iesu, in quo inter alia hæc continentur = *Fulgentius oculus, & anima renascentis Hispaniæ.*

16 Si ergo vt dicebamus tot allatos Scriptores rimatus esset, quæque de Fulgentio, eiusque mira sapientia, & doctrina, à S. Isidoro incipiendo, omnes dicunt, legisset, ac præterea, quod vna cum Leandro Fulgentius laborauit pro hæresi Ariana extinguenda, & à Hispania, eiusque tractibus profliganda, proque Recaredum instruendo, minime dubitauisset, quod ad Fulgentium Hispanum elogium illud tam singulare fuerit directum. Quid enim mirum, quod in Concilio in ipsa Hispania ad finem eiusdem sæculi celebratum, in quo  
Ful-



Fulgentius floruerat, quando præsentia hæc omnia apud Patres erant, in tale elogium, illum citando, prorupissent, sicut in Concilio Toletano VIII. Sanctum Isidorum similiter laudando, in simile elogium Patres proruperunt. Porro non minus improprium est ad Fulgentium Ruspensem elogium Concilij in Hispania illis temporibus celebrati, dirigere, ac esset Fulgentio nostro simile elogium adaptare, si prolatum in Concilio aliquo Africano fuisset. Non enim illis temporibus minor erat fama nostri Fulgentij in Hispania, quam Ruspensis in Africa, licet immediatè occurrens inuasio Maurorum in causa fuerit, ut tot insignia opera ab eo elaborata, & in dicto Concilio laudata, non compareant, adhuc & memoria tanti Viri magna ex parte quasi obliuioni fuerit tradita. Imò fundamenta non desunt, ut credi possit æquiocatione nominis multa opera Fulgentio Ruspensi adiudicata fuisse, quæ non nisi nostro Fulgentio debuissent; sed hanc Prouinciam mittimus, quæ longa forsan videretur.

17 Ex quibus omnibus, nedum satisfactum manet vltimæ nostri Canonici Notæ, seu animaduersioni; verum et iudicio nostro clarius ostensum Sanctum Fulgentium non demereri, ut plenum Officium Doctoris ab Ecclesia pro Hispania, quæ tantum illi debuit concederetur; Præsertim quando in vniuerso illo Regno ab immemorabili tempore hoc eodem Officio Doctoris ante Bullam S. Pij V. celebrabatur, ut constat ex Breuiarijs antiquis relatis à Bollandò, Nicolao Antonio, Tamaio, P. Quintana Dueñas, P. Roa, & Biuario numeris 78. 35. 77., & 100. in Scriptura laudatis, qui de Hispalensi, Compostellano, Carthaginensi, Placentino, Seguntino, Conchensi, Salmantino, & Abulensi mentionem tanquam oculati Testes faciunt: Et quando adhuc hæc eadem consuetudo immemorabilis continuatur in vim laudatæ Bullæ Gregorij XIII. in Ecclesijs Carthaginensi, & Placentina tanquam de Patrono, & in Hispalensi, quia è Carthagine illuc translatum fuit eius Sacrum Corpus, ut cum Fratribus suis sepeliretur, qui sunt tituli, quibus laudata Bulla Gregoriana concessit, ut posset de illis recitari, & si in Breuiario Romano non essent; quin quoad ritum, nec quoad qualitatem Officiorum vllam limitationem poneret, nisi illam quam S. Pius V., omnia alia Breuiaria inhibendo, posuerat, quatenus alijs Officijs deinceps nemò vti posset, nisi illis, qui in Breuiario Romano continentur, quæ de causa opus fuit, non alio vti Officio, quam de communi Doctorum.

18 Cum ergò moderatione tanta in hac prætensione procedatur, quod plenum Officium Doctoris pro S. Fulgentio postulatum non eat, uti fuit illud quod S. Isidoro Gregorius XIII. Motu Proprio pro Hispania concessit, etiam cum *Credo*, ut in præcitata Bulla exprimitur, & Voto huius Sacræ Congregationis à Sanctissimo Domino

No-



Nostro ad vniuersam Ecclesiam extensum ( cui pleno Officio certè competit præter Euangelium *Vos estis sal terræ*, quod lectiones primi Nocturni sint *Sapientia*, quod Antiphona pro vtrisque Vesperis sit *O Doctor optimè*, quod Missa celebretur cum *Credo*) cum inquam ad hoc plenum Officium obtinendum supplices preces minime dirigantur, non obstante consuetudine immemorabili prædictarum Ecclesiarum; sed tantummodo ad Euangelium *Vos estis sal terræ* consequendum, vt ita extensio ad totam Hispaniam facilius obtineri queat, quæ et si consuetudinem immemorabilem eiusdem pleni ritus Doctoris etiam habebat, tamen per Bullam Sancti Pij V. fuit interrupta, vt ita saltem hoc signum Doctoris conseruet: inde apparet tam ratione moderationis, quàm omnium supradictorum S. Fulgentium mereri, vt hæc gratia diù desiderata, & per annos 20. retardata illi non denegetur,

- 19 Non urgente quod scripta eius non appareant; quando quidem, licet hæc existimentur in praxi huius Sac. Congregationis necessaria, pro officio Doctoris vniuersæ Ecclesiæ extendendo; non tamen pro partiali concessione etiam si fuisset plenum officium Doctoris adhuc ex praxi eiusdem Sac. Congregationis, vt videtur in S. Dominico, cuius officium concessum fuit vniuersæ Religioni Dominicanæ per totum Orbem dispersæ sub ritu Doctoris; eo quod licet non scripsisset mirè tamen contra Albigenses laborauit. Et similiter pro S. Raymundo idem officium eidem Religioni concessum fuit, quia fuit doctrina, & sapientia eruditus, licet non nisi breuem summam moralem scripsisset. Et S. Heladio Monacho Benedictino, adhuc & Toletano Archiepiscopo, nedum pro tota sua Religione, cum omnibus suis membris concessum fuit officium Doctoris, die 18. Februarij, sed etiam Diocesi Toletanæ, cum approbatione bo. mem. Gregorij XIII. post exactum examen semper Venerabilis Cardinalis Bellarmini, quin tamen de eo vlla opera extant, eo quod vir sapientissimus fuit, multumque pro Fide Catholica laborauit. & S. Eugenio Archiepiscopo Toletano similiter concessum fuit officium Doctoris die 13. Nouembris, ab eodem Gregorio XIII., post eiusdem Venerabilis Cardinalis examen, approbato; quin tamen opera vlla eius extant, quia similiter mira sapientia, & doctrina poluit. Et idem accidit S. Iuliano pariter Archiepiscopo Toletano die 8. Martij, etiam cum approbatione eiusdem Romani Pontificis, vt omnia ostensa sunt Eminentissimo Ponenti. Et similiter S. Antonio de Padua non solum pro tota Religione Seraphica, quæ per totum Orbem terrarum diffusa plures Ecclesias forsitan continet, quam Regum Hispanum, sed & pro toto Regno Lusitano idem officium Doctoris concessum fuit, vt notissimum est, quamquam non nisi quosdam sermones morales scripserit. Et tandem officium Doctoris quod Ecclesiæ Hispalensi concessum fuerat à S. Sede pro S. Leandro Archiepiscopo Hispalensi, Fulgentij Germano fratre, ex gratia  
huius












Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





















VARIOS

VL. 3°



AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO

EST.ª 8

TAB.ª I

N.º 3 (1-10)